





Nr.	Præfides	
1	Thomafius	Delineatio Historie juris.
2	Hildebrand	Prolegomena juris universi.
3	Knorre	Observati. ad proemium Institutionum.
4	Atteller	De quinquennio studii juris.
5	Elenç	Utrum methodus demonstrativa in juris prudentia civili adhiberi queat
6	Wolf	De fato & philosopho.
7	Bruckner	- iustitia Romanorum.
8	Hoheisel	- principiis iur. Nat. de interpret. et de antiqu.
9	Gerdesius	- iurisprudentia non papizante.
10	Bionbaum	- insigni Physicos utilitate in iurisprudentia.
11	Reinhard	- Septem legibus damnitatis & crucibus factorum
12	Brunquell	- preferentia juris Germ. pugnantis cum f. q.
13	Koch	- fictionibus juris.
14	Scheiber	Nex universalem nec particularerum iustitiam jurisprud.
15	Thomafius	De iudicio morum.
16	Cocci	- iudicio morum.
17	Thomafius	- morum cum iure seruato contentione.
18	Struv	- consuetudinibus rationalibus & irrat.
19	Schmalz	- legum et consuetudinum iure R. fontibus.
20	Thomafius	- felicitate subditorum Brandenburg. de constantia
21	Reuter	- dominio quirritario seu bonitario.
22	Frommann	- revocatione privilegiorum licita
23	Thomafius	- homini bus propriet et liberis Germanorum
24	Schroeder	- notione russicorum Germanie.

Nr.	Præfides	
25	Pertsch	De divisione operarum in determinatas & indeterminatæ. - different. fuc. S. et Q. in Nobilitate adoptivæ.
26	Krone	- existimatione fama & infamia extra Renym.
27	Thomafius	- leuis note macula.
28	Heineccius	adoptione in locum fratris n. monstrofa.
29	Crell	abqffauor gobiscto madre.
30	Knittels	De privilegiis titulo onerose quæfites
31	Stryk	- juribus Iudeorum.
32	Ziegler	- Iudeorum receptione.
33	Wildvogel	Iudeis.
34	Schuch	- Autonomia Iudeorum.
35	Kayser	

C. B. D.

D E

QVINQVENNIO  
STVDII IVRIS

Vom

Sünfjährigen Studiren  
der Rechte.

P R A E S I D E

PETRO MULLERO, ICTO,  
PANECTAR. PROFESS. ORDIN.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. JANVAR. AN. MDCLXXIX.

D I S P U T A B I T

MARTINVS FRIDERICVS HEIDER,  
P R E F I S T. S I L E S.

---

L I P S I A E,

RECUSA LITTERIS STOPFFELIANIS  
M D C C X L V I I .

(7)

GAUINGAENNI  
STADII IARIS

Quintilius Gallo

de Soffe

PETRA MULIERO 10to  
PANDectar protiae ordinis

IN VADITORIO 1COTORUM

A JANAVR IN MODERNIS

MARTINAS LUDWIGAS HEIDER

LIPSIAE

RECAVY PITTURIS STOCERIENSIS

MDCCXLIV



III. 2  
M  
I. N. I.  
**PARTIS GENERALIS**  
C. A. P. I.  
**S U M M A R I A.**

- I. Quic tempus.  
II. Effectus temporis persistandi.  
III. Legislator momentum tem-  
perat.  
IV. Non licet hæc per omnia per-  
sequi.
- V. De quinquennio studii iuris hac  
vice agendum.  
VI. Habet fundamentum in Com-  
stitutione Iustinianæ.



§. I. I. et. si. au. q. men. V.  
tempus quidem, quod est Philosophis  
mensura (sive hæc in nobis, sive ex-  
tra nos, de quo adhuc lis est) motus  
secundum prius & posterius, ex sua-  
pte natura vim nullam effectricem  
habet, nihil enim sit a tempore,  
Grot. lib. 2. de jure belli & pacis  
cap. 4. §. I.

§. II. Si tamen effectus, qui in tempore sunt, sunt autem

in eo omnes, temperatos illa astrorum vertigine, pensita-  
A 2 veris,

veris, deprehendes iurefragabile *Eccles. c. 3. §. 1.* effatum: suum cuique rei tempus esse; plurimumque referre, in rebus bene feliciterque agendis temporis habere rationem, quamvis non satis semper expeditum, quid in hoc illove maxime sit tempestivum, & sic trepidantes mortales natura ex parte destitutus.

§. III.

Majore proinde in hoc momentum legislator civilia negotia temperans sollicitudine introspexit: ponderataque temporis vi, huic commodum, alii damnum grande s<sup>e</sup>pe adjacentis, Goedd. ad l. 12. c. 1. num. 2. de V. S. ne incertus quid eveniret, neque hic in continuo metu, ille in supina negligentia rerum suarum distineretur, quo tempore, modo strictiore, modo laxiore, convenientissime tamen singula, hinc lucri securitas, illinc damni meritum determinentur, clare & diserte scivit.

§. IV.

Quam gloriam quemadmodum in quavis specie ille per commune bonum sectatus aut assecutus sit, nunc uno opere exponere, ob prolixitatem, tempori adversum, differenti grave, lecturo tedium, & proinde a scopo nostro prorsus alienum foret.

§. V.

Unam igitur de tanto, licet sic loqui, oceano guttam duntaxat libaturi, cuius qualitate degustata, illius totius facile aestimes modum, missis ceteris temporis sectionibus, quinquennium, neque hoc vague, sed in quantum eodem studium juris clausum, seu ut verbo rem totam proloquar, quinquennium studii juris considerabimus.

§. VI.

Habet vero illud fundamentum suum in *Constit. Justin. ad Anteccc. §. 5.* in qua, si non reperiatur, qua literam, invenitur tamen quoad virtutem, facileque exinde describas: quod sit temporis articulus, quo studium juris finitur.

CAP.

## CAP. II.

### S U M M A R I A

- I. Quinquennii verbum unde.      pus. Lustrum Unde? Mukum  
II. Allegantur loca ex jure civili.      temporis.  
III. Ex jure Canonico, ubi sit men-  
tio quinquennii.  
IV. Vocabatur quoque statutum tem-

V. Studii verbum quid importet.  
Unde derivetur.

### S. I.

**N**e tamen in vocibus quædam suboriatur ambiguitas. sciendum: quod *quinquennii* verbum, ex quinario numero & annus compositum, temporisque spatium annis quinque sèptem denotans, juri tam Civili, quam Canonico, qua literam, magis tamen qua vim, admodum sit familiare.

### §. II.

Lubet enumerare aliquot loca, ut si vacet, pro luctu ea executas, neque jam nunc, me exponente, ad ea naufées: vide igitur 1) l. 2. §. 1. & 4. ff. si ingen. esse dic. 2) l. 2. ff. de coll. deteg. 3) l. 13. ff. de J. Cto Silan. 4) l. 11. §. 4. ff. ad L. Jul de Adult. l. 5. l. 31. C. eod. 5) l. 4. §. 1. ff. ad L. Corn. de Sicar. 6) l. 7. ff. ad L. Jul. pecul. 7) l. 13. §. 6. ff. de re milit. 8) l. 1. §. 13. ff. de separat. 9) l. 29. in fin. ff. de manum. test. 10) l. 5. ff. de mun. & bon. 11) l. 24. §. 2. ubi Gothofr. ff. locati. 12) l. 4. §. res pignor. ff. si cerium pet. 13) l. 34. C. de inoff. test. 14) l. 16. C. eod. 15) l. ult. C. de inoff. don. 16) l. 4. 6. C. ne de fias. def. 17) l. fin. C. si maj. fact. 18) l. 2. C. de vediç. 19) l. 1. §. 1. C. de contr. jud. 20) l. 8. pr. l. ult. C. qui bon. ced. 21) l. 4. in fin. C. de præpos. sacr. cubic. 22) l. ult. C. de postul. 23) l. 8. §. 4. C. de repud. 24) l. 4. §. 1. ad L. Corn. de Sicar. 25) l. 15. C. de Episc. aud. 26) l. 2. C. de Apo- statis. 27) l. 2. C. de quadrienn. præscript. ubi corrig. §. ult. l. de usuc. 28) l. 2. C. de mun. & honor. non cont. 29) l. 4. C. de defens. civ. 30) l. 2. C. de primic. 31) l. 2. C. de comment.



32) l. 20. C. de postlim. rev. 33) Nov. 22. c. 7. 34) Nov. 36.  
35) Nov. Leon. 112. (obiter: quod ususfructuarius quinto anno arbores cedere potest, forte aliquod fundamentum in Levit. 19. v. 25. habet.)

### §. III.

In Jure Canonico quinquennium observare licet 1) c. 43. disf. 50. 2) c. 2. disf. 77. 3) c. 26. caus. 2. qu. 5. 4) 6. 6. caus. 5. qu. 6. 5) c. 2. caus. 26. qu. 5. 6) c. 7. caus. 31. qu. 1. 7) c. 8. caus. 33. qu. 3. disf. 1. 8) can. pan. 43. 9) c. fin. X. de magistr. 10) c. 2. X. de cler. non resid. 11) c. 1. X. de precar. in 12) c. 10. de Rescript. in VI.

### §. IV.

Plura adhuc suppetunt, quæ recensituro utramque quidem paginam explerent, nihil tamen nostro proposito conferrent, quam istud argumentum: maximam quinquennio in civilibus negotiis tempestivitatem tributam, an quod aliqua innumeri occultam efficaciam reponit fiducia, an casu, non disputo; sed istud duntaxat anno, quinquennium sensu nostro alibi statutum tempus, l. 3. §. 4. C. de adv. div. Judic. in genere alias lustrum l. 13. §. ult. ff. locati l. 30. §. 1. ff. de leg. 3. idque a luendo, quod quinto quoque anno (non tamen integro, sed ineunte tantum, prout apud Græcos Olympias exacto quadriennio in quintum annum celebrabatur, vid. Cujac, lib. 11. C. de auro lustrali; inde est, quod proprie de nostro quinquennio, quod totum elapsum esse debet, Constat. ad Ant. §. 5. & l. 5. §. 3. C. de Adv. div. jud. lustrum usurpari non possit) de scriptis publicis privatisque opibus, moribusque correctis, lustrum a censoribus condi solebat, vota pro salute publica concipi, & sacrificium Suovetaurilium ad eluenda piacula fieri, Lips. de magistr. vet. pop. R. cap. 18. item multum temporis dici, in l. 1. §. 13. ff. de separat. §. un. I. de lit. obl. Zillesius de varietate temp. c. 2. art. 7. §. 3. n. 4. & gignere derivativum quinquennialis. l. 16. C. de inoff. test. l. lusi. C. qui bon. ced.

### §. V.

## PAR. 2. EDITIONES

## §. V.

Studii autem verbum, quod norat aliquando voluntatem simplicem, imo imputativam, & casui opponitur, *l. 13.*  
*l. 43. ff. de fideicommissar. libertat.* aliquando (prout nos accipimus) vehementem animi applicationem, cum magna ad perficiendum vel penetrandum voluntate, & est vel illicitum, v. g. vitiorum, *l. 1. §. 1. n. de Abigeis curiositatis in clericis, v. Luc. de Penna adl. 1. C. qui etat. vel prof. exc. vel licitum,* hocque cum illiberalre, ut mechanicum, tum liberale, de quo sermo noster, aliquoties diserte in Constitut. ad Antec. occurrit; fluit vero a verbo studere, *§. 5. de Con-*  
*stit. seu assiduam operam dare, atque progenerat substantivum subjecti personam designans, studiosus, pr. d. l. qui alias auditor, §. 4. alias discipulus §. 1. d. l. appellatur, (nam Scholaris vox Ictis usitata aliud priscis significavit, v. l. 3. de privileg. Scholar.) & adjективum studiosus nunc, cum audiore, nunc juventute, nunc auditorio componendum (singularem vide significationem in Constitut. de conceptione m. §. 1. ibique in notis Gothofredum) & adverbium studiose; gemella illi vox opus in proem. Inſtit. §. ult. & eruditio pr. Conſit. ad Ant. l. 3. §. 4. C. de Adv. div. jud.*

## §. VI.

Juris vero vox, cuius loco *toto ad Ant. Conſit.* egum vocabulum, aut hujus derivativum legitimus reperias, sensu hoc nostro, quo objectum studii & ipsum juris ſytema signat, invenire est *in rubr. & §. ult. Inſtit. de Juſt. & Jure;* Synonyma plura congeſta *v. p. 2. ſect. 1. c. 3. §. 15.* alias juris vocabuli ſignificationes in omnibus Lexicis juridicis obvias, ut quæ nihil ad rhombum nostrum, de industria ſilenti prætero, cum jam urgeat instituti ratio, ut post humiles Grammaticorum myricas, paulo majora canamus.

Par. 2. EDITIONES  
*de fideicommissar. libertat.* aliquando (prout nos accipimus) vehementem animi applicationem, cum magna ad perficiendum vel penetrandum voluntate, & est vel illicitum, v. g. vitiorum, *l. 1. §. 1. n. de Abigeis curiositatis in clericis, v. Luc. de Penna adl. 1. C. qui etat. vel prof. exc. vel licitum,* hocque cum illiberalre, ut mechanicum, tum liberale, de quo sermo noster, aliquoties diserte in Constitut. ad Antec. occurrit; fluit vero a verbo studere, *§. 5. de Con-*  
*stit. seu assiduam operam dare, atque progenerat substantivum subjecti personam designans, studiosus, pr. d. l. qui alias auditor, §. 4. alias discipulus §. 1. d. l. appellatur, (nam Scholaris vox Ictis usitata aliud priscis significavit, v. l. 3. de privileg. Scholar.) & adjективum studiosus nunc, cum audiore, nunc juventute, nunc auditorio componendum (singularem vide significationem in Constitut. de conceptione m. §. 1. ibique in notis Gothofredum) & adverbium studiose; gemella illi vox opus in proem. Inſtit. §. ult. & eruditio pr. Conſit. ad Ant. l. 3. §. 4. C. de Adv. div. jud.*

PAR.



## PARTIS SPECIALIS

### SECTIO I.

#### CAP. I.

## DE CAVSA EFFICIENTE.

S V M M A R I A .

- I. Specializet agendum de quiaquen-  
tio studii juris juxta mentem Ju-  
stiniani.
- II. Priscis temporibus eloquentie  
studium floruit.
- III. De jure responderunt JCti.
- IV. Paulum coercita temeritas le-  
gum sibi scientiam arroganter  
imaginandi.
- V. Adolescentes responderunt de  
jure.
- VI. Non semper tam felices edidit  
fetus Roma, sibi ut gestulari po-  
tuerit.
- VII. Exitere Rabulæ.
- VIII. Prospectum est ab Imp.
- IX. Certa inventa est via.
- X. Fluctuavit studium juris usque  
ad tempora Justinianæ.
- XI. Sublata est confusio.
- XII. Quinquennium statutum.
- XIII. Non est infrequens tam artibus  
liberalibus quam illiberalibus cen-  
tum præfigi terminum.
- XIV. Neque adeo exacta ratio, qua-  
re præcipue quinquennium, nec  
majus minusve tempus statutum,  
sit, dari potest.

#### §. I.

**E**xaminata in genere quinquennii nostri natura, jam ipsos  
rei recessus specialius reclusuris opus est, ut velut mate-  
ria, ita ipsa paulatim declinet oratio: dispertitumque  
proinde secundum ætatis Justinianæ, & ejus, quæ hanc ex  
intervallo exceptit, hypothesis, sermonem, a causis confor-  
tanteis in effectus deducamus, moxque ad contraria digres-  
si, eodem retento ordine, in temporum nostrorum observan-  
tia & usu feliciter finiamus.

#### §. II.

Præmittentibus autem nobis hypothesis Justinianæam,  
quod ordo naturæ postulat, prioribus semper posteriora  
postponens, res adhuc commodius resolvenda videtur, si  
quæ

quæ fuerit ejus ante Justinianum facies breviter indagemus. Et priscis quidem temporibus cum unum maxime eloquentie studium floreret, illius fiducia, parum industriae ac temporis juris scientiae datum esse, vel solus Servius testari potest, qui etiam tum, cum iam in eloquii gloria Ciceroni primas ambiguis faceret, tanta stupuit juris ignorantia, ut Q. Mutii Icti, postquam secundum respondisset, nec dum intellecti, objurgationem mereret: turpe esse patricio & nobili & causas oranti, Jus, in quo versaretur, ignorare. Pomp. libr. Sing. Enchiridii c. 3. §. 43.

## §. III.

Neque major tunc da ipsis Ictis Securitas erat, cum consuli & respondere de jure possent, qui modo fiduciam studiorum suorum haberent, eaque promiscua licentia audaciam pareret, ut imperiti quoque sibi sapientes esse videbentur, ipso teste Cicerone in lib. 1. d. orator. jus professos, qui nesciverint: donec Augustus, ut major Juris autoritas haberetur, peti illud & tanquam beneficium meritis conferri debere fanciret. Id. d. c. §. 47.

## §. IV.

Tamen per hæc nondum definitum dicas studendi juris terminum, quamvis coercita paulum temeritas fuit legum sibi scientiam arroganter imaginandi; cohibitique repulsa metu, qui alias nunquam de sua eruditione, consulentiū confluxu excecerat, dubitavent.

## §. V.

Nam si Nervæ F. & Celsi èstatem ad cursum juris expendas, quorum ille sub Cæsare octodecennis l. 1. §. 3. ff. de postulando, hic adolescens l. 91. §. 3. ff. de V. O. sub Damitiano publice responsitasse de jure, & scripsisse fertur, manifestum fiet, aut impuberes jam jura didicisse, aut exiguo saltem temporis spatio insimulo, tantam doctrinæ judiciique confidentiam patrum instruzione, & rara ingenii felicitate acuente acquisivisse.

## §. VI.

Sed si tam felices semper edidisset foetus præcox juris cognitio-

B

cognitio-



cognitio, vid. tamen l. 9. ff. in q. c. pig. tacit. cont. habuisset Roma, de quo sibi gratularetur, nec ansa foret temporis sui vitia carpenti Petronio Arbitro, ne indignetur, vix delibatis legum præceptis, filios, dum ad vota parentum properant eruda adhuc studia in forum impellere.

## §. VII.

Nimirum hoc, quod inde plurimum sequebatur, stomachum Satyrici movebat; rabulis passim & inatib. stenoribus fora strepere, litiumque libentius initia quam finem quæri, gemente interea justitia sub hoc jugo, & languente, dum singuli arroduntur, universorum salute.

## §. VIII.

Quod ut tandem pii animadverterunt Imperatores, causaque indagata, tum infinitam legum multitudinem, tum pravam juventutis institutionem, præcipitemque ejus fori ambitionem deprehenderunt; cum summi sint justiciæ sacerdotes, id providentiae fæc incumbere arbitrati sunt, quo curarent, ne diutius tantum cacoëthes in reipubl. pernitientem toleraretur. pr. Conf. de novo C. faciendo.

## §. IX.

Sed in priori corrigendo spes omnis defecit, §. 2. proœm. I. in posteriori institutis certis professoribus, qui juventutem legum præceptis aliquam solidius instruerent; ea tantum reperta est via, §. 1. Conf. ad Antec. qua intra quadriennium per immensum innumerarum legum oceanum, ad juris Scientiam, si non perfclissimam, foro certe magis congruum enatarent, hæcque in publicum (prout tum res erant) firmior descenderet certitudo, plus fiducia, post hæc inpræparatam tali severitate juventutem reponi posse.

## §. X.

Atque ita fluctuavit juris studium ad usque tempora Justiniani. At vero optimus hic Imperator, postquam restaurandæ summa ope reipubl., quam domi forisque labefactatam acceperat, saluberrimum consilium inivisset, illud vietricibus armis §. 1. proœm. J. hoc inconditarum legum com-

¶

compendiosa accurataque digestione aggressus, belli pacis-  
que opus, annuente Deo feliciter adimplevit.

§. XI.

Quo ipso, quid in commune pervenerit commodi, li-  
quescere potest, quod priori soluti perturbatione, & con-  
fusione, & nullum finem habente juris positione, usuri erant  
legibus rectis, & compendiosis, & omnibus ad manum  
promptis, & litium compendium afferentibus, & paratis  
omnibus ad facilem acquisitionem, nec amplius egentibus quam  
multis pecuniis, sed vilissima pecunia, tam ditoribus quam  
ex tenuiore profectis patrimonio, copiam sui comparandi  
præbentibus §. 13. *Const. ad Senatum* & §. 12. *Const. ad*  
*magn. Senat.* Quibus ita probe ordinatis, ad ipsius juven-  
tutis studiose augmentum curis omnibus divertens, cum  
cerneret, ordinem, quo ei legitima scientia tradebatur,  
partim propter magistrorum, utilia inutiliaque, juxta cum  
damnoſo necessariorū neglectu, miscentium, tumultuar-  
iam prælectionem, tum ob discipulorum, ita præpostere in-  
ſtitutorum, domique per rapsodias leges relegentium, mu-  
ritam mancamque eruditioñem, plane superfunctorium &  
imperfectum esse; ne quid esset a providentia sua relictum,  
modum rationemque huic quoque medendo malo exco-  
gitavit.

§. XII.

Et primo quidem, ne ingenia in tanto momento vel  
a præceptoribus vel sua opinione pernitiose præcipitaren-  
tur, quadriennio, in quem omnis antiquæ prudentiæ erat fi-  
nis, minime quidem infinitæ illi legum consulârum multi-  
tudini, quam ambiguitas, a seditione interpretum Cassia-  
norum & Proculianorum in ipsum jus derivata, adhuc a-  
ſperabat §. 1. *Const. ad Ant.* nec tamen etiam dispositioni  
ſuæ meliori, ut quæ in tanta accuratione omnem prolix-  
itate effugere haud quiverat, propter angustias, sufficien-  
tum adjiciens, tempore *Quinquennali* §. 1. & 5. *cit. Const.*  
totum Juris cursum clausit §. 5. & 6. *eod.* mox etiam quid  
quo-

quoque tempore tradi studiosis necessarium crederet, edocuit, de quo cap. 4. agemus.

### §. XIII.

Non autem miretur quis, quando id non fieri nullius boni, illud vero fieri reipublicæ interfuerit, uti porro docebitur, Imperatorem jus suum summum in ipsis quasi studiosorum animis exercuisse, & intra quod tempus eruditio legum acquiri verisimiliter possit ac debeat, decrevisse, si quidem jam hodie non est novum, ut artibus illiberalibus addiscendis, quæ a liberalibus in eo, quod animo addiscuntur, parum recedunt, aliquis, pro communi bono, *non voto monopolii duntaxat*, scribatur terminus, quamvis pro consuetudine, vel principum expresso placito varius, vix tamen sexennio major vid. Excell. Domini Adriani Baieri JCTi & preceptoris mei honoratissimi tract. de tyrone Opif. c. 9. §. I. n. 511.

### §. XIV.

Quod autem *quinquennium*, intra quod de mysteriis præceptorum suorum in publico esset, ideo prohibebantur Pythagorei, ne, uti aliis exprobrat Philosophus Magnus apud Athen. 4. *Dipnosoph.* c. 17. de iis garrent, quæ necirent, Suidas in Pythag. Lucian. in Gallo. Petr. Gregor. lib. 49. *Synt. univ.* c. 6. n. 20. Imperatori placuerit, displicere non potest illi, qui cogitat, si vel maxime non extet alia ratio, summum ei rerum omnium judicium esse, cœlestemque ejus prudentiam, expensis totius juris, quod ipse in pectore reconditum circumfert l. 19. C. de testam. recessibus, maturaque deliberatione, commodius termino spatium non perspexisse.

CAP.



C A P V T . II .  
D E F I N E .  
S V M M A R I A .

I. Compositis ante omnia legum difficultatibus uilissimum fuit certum studio determinare tempus.

II. Ut Studiosi perfectam adipiscerentur eruditionem.

III. Imper. votum est, ut intra illud spatium sicut juvenes perfecti, & ad omne opus legitimum instruerentur.

§. I.

**P**rälibavimus jam nonnihil de quinquennii nostri fine, nunc ut latius illud persequamur, discursus nostri ordo requirere videtur. Evidem ex dictis incognitum esse non potest, quantus fuerit ante hanc sanctionem in legitima scientia defectus, ut miserrimum illum merito judicaverit Imperator pr. §. 2. Conf. ad Ant. feliciter tamen corrigendum, si compositis ante omnia legum difficultatibus major tam a docentibus, quam a dissentibus adhiberetur curatio; quam etiam se obtentur ab illis, si temporis a se præscriptam rationem observantes, diligenter, quid quoque tempore proponendum, meditarentur; ab his, si præuentum professorum lentam & consideratam manuductionem fideliter patienterque sequerentur, non vano iudicio conjecturavit: probe videlicet perspectum habens: Sicut pluvia, levis & modica, facilius in terram penetrat & humectat; sic doctrinam, si impetu ingeras, transfluere.

§. II.

Nec minus tamen eo quoque collineavit, ut studiosi, quos alias igneus animus per fundamenta solidioris doctrinae, aviditate metæ præcipitasset, & in vaga opinionum abripuisse, dum vestigia Antecessorum paulatim legere concurrunt, in abdita deduci, perfectam indipiserentur eruditionem. Illi vero, qui patriam ubique bene sit reputan-



tantes, somnianti in Pindo, ut illi scientiam legalem obtinere crederent, metu imminentis, ni alacriter procedant, jacturæ, *exacuerentur*; quique denique tanquam aliqua literarum mancipia, legum tricis erant immorituri, modo in studiis servato, *quatenus opus haurirent*, & ad rem atque usum transferrent.

§. III.

Illud extra dubium jam est, postquam id toties expresse Imperator inculcat, votum intentionemque ejus eo ferrari, ut intra istud spatum siant juvenes perfecti & ad omne opus legitimum instructi, dumque respublica in partibus ejus illis credendis bene gubernatur, fructus sentiant honorum & divitiarum uberrimos, felices omni loco ævoque  
§. 5. 6. *Const. ad Antec. §. f. proæm. J.*

C A P V T . I I I .

D E

MATERIA IN QVA ET  
CIRCA QVAM.

S V M M A R I A .

- I. In eorum gratiam, quibus legum studio incumbere animus est consonans, Quinquennium determinatum.
- II. Licer Constitutio Imper. ad Professores si directa, tamen spectat ea ad studiosos.
- III. Quinam ad quinquennium vocati sint, explorandum est.
- IV. In primis, Juvenes ab Imp. excepti puncuntur.
- V. Post 25. annum nonnulli privilegia Scholaribus denegant.
- VI. Non omnis etas huic studio apta.
- VII. Quo quisque junior, eo perspicacior & laboriosior.
- VIII. Jasonis sententia rejicitur.
- IX. Non denegandum est hoc studiū Senibus.
- X. Judicio & Memoria polleat.
- XI. Nimir rigidè L. de Penna quedam requirit in Studio.
- XII. Ingenium probum, natales honesti & integra valetudo requiruntur.
- XIII. Vitæ modestia & cultus requiruntur.
- XIV. Generaliter desiderat istud quin-

- quinquennium personam, in qua  
fiducia profectum est.
- XV. Objectum est juris Scientia.
- XVI. Studium Jurisprudentiae ante  
vato.
- Justiniānum immensum fuit.
- XVII. Justiniānus in consonantiam  
redegit.
- XVIII. Constat jure publico & pri-

## §. I.

**Q**uae postquam ita rite se habent, nemo ambiget, prima-  
rio eorum in gratiam, quibus legum studio incumbe-  
re animus est constans, illius cursum quinquennio esse  
septum.

## §. II.

Licet enim Constitutio, que ad Antecessores directa,  
magis professores quam studiosos spectare videri possit, cer-  
tum tamen est, propter studiosam dntaxat juventutem  
professores ab Imperatore compellari, ut ipsi prescriptum  
quinquennium secundum rationem & methodum a se da-  
tam, in docendo fideliter impertiant.

## §. III.

Ante omnia tamen investigandum, quos ad quinque-  
nium vocet, siquidem (gnarus non omni ex ligno Mercuri-  
um exculpri) promiscue omnes juris studio destinasse nullo  
modo censi potest: quos si assedit erimus, ab iis ultro  
separabunt illi, qui intentione Imperatoris, & reipubl.  
voto hinc arcentur.

## §. IV.

Et ut ab ætate ordiamur, si expressam Imperatoris  
mentem consideramus, vix quenquam fore arbitror, qui  
mihi refragetur statuenti juvenes ad hoc quinquennium  
præcærter ab Imperatore exposci. Id enim toties Impe-  
rator non modo in hac ad *Ant. Const. pr. v. adjuventuis eru-*  
*ditionem* §. 5. siant juvenes perfecti, sed & §. 2. *J. de J. & J.*  
*ac in proem. J.* explicite ponit, quod totum studiose juven-  
tuti inscribit, ut nullam aliam ætatem ei arrisisse haud vana  
sit conjectura.

## §. V.



Hanc Speculatoris ist. de Reo num. 9. Alexandr. ad Br. in l. 1. n. 31. C. de dignit. & Dd. in l. 1. f. C. qui et. vel prof. in tantum urgent, ut Scholaribus post vigesimum quintum annum privilegia Scholarium denegent: quod ejus etatis non aliquid amplius presumantur addiscere posse, Wesenb. ad Schneider. in rubr. proœm. f. num. 10. cum posse non dicatur, quod possumus cum difficultate. Glossa §. paenales f. de Aet. Dec. Cons. 39. n. 125. Arum. 2. dec. 2. n. 47.

Etenim bene Plato dicit, quod etas hominis sit similis ceræ, quæ si nimis tenera, vel dura, formam Sigilli non recipit, nec retinet; sed autem temperata, bene recipit & conservat: sic etas Infantis nimis tenera, Senis nimis dura: Adolescentis etas ita temperata, ut cito intelligat & memoria intellecta servet. Lucas de Penna ad l. un. C. de stud. lib. V. R. ad verb. adolescentia.

#### §. VII.

Nec puto falsum per Platonem JCTum, cum memoria crescentibus annis decrescat, l. 32. ff. de furtis, tritaque mancipia & veterana difficile sit reformare, l. 37. de æd. ed. at vero quo quisque junior, hoc perspicacior & laboriosior & docilior a jure præsumitur secundum, Gloss. in l. 29. pr. super verb. filius. ff. de lib. & possb. & per d. l. 37. ff. de ædil. ed.

#### §. VIII.

Ut mirer Jasonem, quando ad l. quidam eum fil. in f. ff. de V. O. Juris profunditatem ad quadraginta annos rejicit, prope improbare Imperatoris sententiam, juventutem ad juris studium eligentis, & dicere: Juvenem in scientia juris natare tanquam leporem.

#### §. IX.

Nihil tamen propter ingeniorum diversitatem definiam, quorum alia etate ea, jam maturescunt, qua alia vix incipiunt florere, v. Iterum de grad. Acad. c. 7. §. 26. seqq. cum ipse quoque Plato beatum enunciet, cui etiam in Se-nectute

nectute contigerit, ut sapientiam verasque opiniones assequi possit, Cic. de fin. bon. & mal. lib. VI. meritoque proinde sat citohuc accessisse dicendus, qui *sai bene*. §. X. non enim cupiditatem sibi  
enim simpliciter.

Quod quidem absque ingenii præcellentia haud quisquam impetraverit, sed oportet iudicio & memoria polleat, aut saltem excellat alterutro. §. XI.

Plura prærequisit Lucas de Penna ad l. 1. C. qui æt. vel prof. § secundo queritur, cuius anxietatem si feras, quam salus publica ferre nequit, aut naturam hominum, que raro corporis speciem mentis imaginis equat, vi corrigas, aut non ullum, fidenter dixerim, dederis taliter exornatum juris mystam.

Nos paucioribus contenti, ingenio probo honestos natales, propter studii hujus splendorem, hisque integrum valedudinem jungimus, ob labores perferendos; nihil in mentem Justiniani delicturi, si præterea modicam saltē fortunam desideraverimus, ne studium intempestive cogatur abrumperet, aut in eo angustia pressus humi repere. Quibus stipatus, ac insuper bene præparatus illis disciplinis, quas ista sublimis scientia requirit, si in ordinem Studiosorum Juris recipi expetat, quisnam arcebit?

### §. XIII.

Nihilominus necesse est, virtue modestia sequatur & cultus, §. 9. Conf. ad Ant. comitem trahens laborem & animi in bono perficiaciam, §. 5. de Conf. v. studeant. v. p. 1. c. 2. §. 4. quæ naturam hebetem alias immensum juvat, adeo ut nihil sit tam abditum & difficile, quod non perrumpat pertinax labor, & intenta ac diligens cura: absit tamen immoderatio, ultra corporis facultatem, quæ facilius amentem reddiderit ac ineptum, quam eruditum, Luc. de Penna ad l. un. C. de stud. lib. U. R. v. discipul. num 15. quem hac in materia plurib. ibid. vide.

Et ut omnia in unum contraham, talem desiderat istud

C

quin-

16

qui et se exc. Barbosa ad l. i. soluto matr. p. 7 n. 62. (quam jura  
in Advocator. filios singulariter reponunt, l. ii. c. de Adv.  
Div. Judic. ibique Brunnen. num. ii. l. 13. C. eod. quis filius  
presumitur similis futurus parenti, arg. l. v. §. filii C. de L. Jul.  
Maj. Epenkel Baro de privil. par. priv. ; c. i. num. 37.) & cer-  
ta quedam spes sit fore, ut ejus scientia illuminetur mundus;  
Avib. Habita C. ne fil. pro patre. Sichard. ad eandem n. 8. vel sal-  
tem respubl. in judiciis §. C. Conf. ad Ant. aut alia ejus parte  
illi credenda, bene gubernetur §. fin. proœm. J.

§. XV.

Atque haec, & quæ coties interspersimus, objectum  
thematis nostri latere non sinunt, adeo, ut nihil facilius nobis  
nunc futurum sit, quam illud, postquam semel patuit, peni-  
cius eruere. Hoc scilicet est, quod quinquennium nostrum  
a tot aliis similibus fatalibus temporibus dividit, vario licet  
nomine veniens; nunc scientia, nunc scientia legitima §. 5.  
Conf. ad Ant. legum scientia, legum eruditionis §. 3. proœm.  
J. studii l. i. §. 2. iff. de Just. & jure. studii liberalis rubr. C. de  
stud. lib. U. R. Juris l. i. pri. iff. eod. artis boni & equi ibid. Juris.  
prudentiae §. 1. J. de J. J. notitiae divinarum & humanarum  
rerum. justitiae in justi scientiae ibid. vera Philosophiae l. i. §. 1.  
ff. de J. & J.

§. XVI.

Immensus autem illud fuisse ante Justinianum, supra  
tetigimus; duobus millibus enim libris & trecentis decem  
millibus versuum §. 1. Conf. ad Senat. perlegendis, ruminan-  
dis nulla humanae naturæ capacitas sufficeret; hinc obscuritate  
dictionis, illinc ambiguitate differentium conditorum  
ira resistente, ut consonantiam aliquam deduci posse, omnis  
humana industria desperaret.

§. XVII.

Tamen id perfecit divino auxilio Justinianus, expu-  
gatis & contractis in unum Codicem (qui postmodo denuo re-  
visus & correctus & L. Decisionibus auctus) tribus Codicibus  
*Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano*, cum novellis ad  
sua

sua tempora, mox vero veteres adortus legum commentarios, vaftitatem illam, decisis omnibus ambiguitatibus, nullo seditione relicho, in *quinquaginta* digeffit libros, *q. 1. Conf. ad Sen.* utique facile effet studiois principium studii, priua Juris vestigia in *Institutionibus* medio criter tradidit, *per Conf. ad Antec.* quibus post per *Novellas* jus novissimum adjectum,

### S. XVIII.

Atque in his quatuor partibus totus scientia legalis amabitus comprehensus est, in duas positiones dissectus, juris publici & privati, *in fine J. de J. & J. S. 22.* Magis tamen, si intiuimus *Conf. ad Antec.* examinamus, quinquennio huic deputatum videtur jus privatum, quam publicum, Romani rationem status concernens: hoc provida Imperatoris destinatio, forte propter lubricum adhuc Juventutis judicium, nec tantæ rei momento par, maturiori lectioni reservato; quod quia expresso destituimur juris fundamento, conjecturae relinquimus, eoque deproperamus, in quo vis omnis constitutionis propositæ consistit.

### C A P. IV.

## D E F O R M A.

### S U M M A R I A.

- I. Primo anno *Institutiones.*
- II. Secundo anno *Edictibus.*
- III. Tertio *Papinianitis.*
- IV. Quarto *Lytis,*
- V. Quinto *Prolycis* quid proponendum.
- VI. Et hæc in tribus Academiis Roma, Beryhi & Constantinopol.
- VII. Cura principis in eo fuit, ut studiosa juventus eruditionem lega-

lem a probatissimis Professoribus hauriret.

VIII. Magistri, qui publicam sibi docendi autoritatem arrogarunt, infamia sunt notati.

IX. In publicis locis clare & dilucide doceantur.

X. Discipulum audita cuminare oportet.

## §. I.

**N**am inefficax fuisset cura definiendi terminum studii, nisi legislatoris prudentissimi solicitude rationem etiam prævisset, secundum quam tempus convenientissime disper-tiretur, moxque ipsum calamitas priorum temporum, ut qua in parte illa defecissent, feliciter a se supplerentur, pr. *Const. v. sed audire & tramites §. 5. v. ita omnis ordo.* Itaque disponit, ut, primo anno *Justinianis novis tradantur Institutio-nes & r̄a περὶ τας §. 2.*

## §. II.

*Secundo anno alternative proponantur Edicta lib. vel li-bri septem de judiciis, vel libri octo de rebus: Juncto iis uno ex tribus de matrimonio libro, 23. vel 24. vel 25. §. 3.*

## §. III.

*Tertio aperiatur Papinianis alter liber vel de judiciis vel de rebus priori anno omissus, nec non 20. 21. 22. f. cum acu-tissimi Papiniani lectione §. 4.*

## §. IV.

*Quarto dilucidentur Iydis residui a prælectione secun-di anni, decem libri de matrimonio, tutelis, testamentis, le-gatis; cæteris quatuordecim domesticæ eorum industria, & forensi usui reservatis §. 5.*

## §. V.

*Quinto contentur Prolyce Constitutionum Imperialium Codicem & ipsi legere & subtiliter perscrutari §. 5. Coll. J. A. de orig. juris num. 50.*

## §. VI.

*At hæc in una ex tribus Academiis, quæ Romæ, Berjithi, Constantinopoli erant, non alibi, §. 7. d. Const. & quidem voce magistrorum ad quartum usque annum, vel præsidio anno quinto pr. & §. 5. d. C.*

## §. VII.

## §. VII.

Laboraverat enim etiam in hoc cura principis, ut hi, qui legum eruditionem ambirent, eam a Doctoribus probatissimis peritissimisque perciperent: horumque *testimonio jura-*  
*tol. II. §. I. C. de Adv. div. jud.* ad causas agendas vel judican-  
 das vel alias reipubl. partes gerendas promoverentur, *C. f. A.*  
*c. I.* nec adulterina forte aliorum doctrina, litigandi magis  
 vias quam Justitiae tradentium, infecti, vel heteroclitis opini-  
 onibus & ineptis subtilitatibus contra receptas sententias  
 armati, turbas cierent, sacraque Astrææ adyta per omne nefas  
 profanarent.

## §. VIII.

Quare hos in cellulis repentes magistros, si publicam si-  
 bi docendi autoritatem arrogassent, infamia notavit *I. Sen. C.*  
*de un. lib. V. R.* & octo professores publica confidentia dignis-  
 simos constituit, quatuor Romæ, duos Berythi, duos Con-  
 stantinopoli Forst. *Hist. jur. civ. Rom. lib. 2. c. 3.* quibus mu-  
 nus juventutem docendi commendatum, officio suo non mi-  
 nus huic quoque relicto, de quo §. 10.

## §. IX.

Illis quippe competit, ut in locis publicis (privatarum  
 enim ædium, seu domestica studia eis interdicta erant *I. un. §.*  
*fin autem C. de stud. lib. V. R.* v. Brunnum. *ibid. num. 7*) inter-  
 pretarentur clare & dilucide §. 2. d. *Conf. in f.* juxta prædi-  
 etam methodum; quod præstabant alii per indices, vel collec-  
 tæ inventaria, & verborum nœtæ nœðæ translationem §. 21.  
*Conf. ad Sen.* alii per paraphrasticam explicationem: alii de-  
 nique per commentarios ubiores, prout refert Forster. c. I.  
 haud tamen verbosos, ne leges rursum in antiquam dilabe-  
 rentur confusionem, & autores in crimen falsi incidenter,  
*ibid.* omnem enim graviorum ambiguitatum resolutionem  
 ipse sibi Imperator, optimus legum interpres, servave-  
 rat *ibid.*

C 3

§. X.

Discipulis vero credidisse ne sic satis jam provisum? imo abunde, attentis obsequentibus, assiduis & ruminantibus. Licet enim Lucas de Penna *ad l. un. C. de stud. lib. V. R.* discipulum non credentem fere impossibile erudiri dicat, secundum Tullium *3. Rhet.* attamen, sicut apud Judæos, illa anima- lia pura & sacris apta, quæ ruminant, sic justitiae aristille my- stes, qui jura & leges repetit identidem & colit. Atque hæc de causis libasse pro ingenii & temporis modulo sufficiat.

## C A P. V.

## DE EFFECTIBVS.

## S V M M A R I A.

- I. Effectus scindit quinquennium  
I. durans,
- II. Quitangunt subjecti I. personam,
- III. Ejusque necessitates, nempe
- IV.  $\alpha)$  Pater filio studiose obligatur  
ad studiorum a) sumptus
- V. Ad quinquennium,
- VI. b) Debita honestas,
- VII. Ut &,  $\zeta$ ) qui patrem repræsen-  
tant sanguine, successione,
- VIII. Hinc illi quidem non confe-  
runtur
- IX. Cum saltem videantur donati,  
etsi mater vel fratres ex communi  
suppeditaverint.
- X. Eadem ratio in librī
- XI. Quandoconque emitis etsi non-  
dum traditis
- XII. Hæc vero conferuntur.
- XIII. Illos, non computandos in Le-  
git. regul. v. exc.
- XIV. Etiam ferre cogitur socius  
omnium bonorum.
- XV. 2. Patrimonium, munientes
- XVI. Tum acquisitionem, condicio-  
ne, die, modo, temperatam
- XVII. Quam inter viros
- XVIII. Tam m. c.
- XIX. In legato indebitre aliquamdiu  
soluto
- XX. Et sumtibus annuis usufructu-  
que ad studiorum cœli
- XXI. Cum retentionem, per privile-  
gium absentie
- XXII. Unde læsus restituitur.
- XXIII. II. Absolutum, dum  $\alpha)$  ob-  
tentio fine media cessant, in-  
deque
- XXIV. Expirant privilegia per  
sonæ,
- XXV. Absentie.

XXVI.

- XXVI. Sumtuumque & debito.  
rum  
XXVII. Atque consolidatur usus-  
tūcēs, & conductor expelli-  
pōsic,  
XXVIII. Cui satisfaciat locator.  
XXIX. & Impleta habetur conditio,
- hincque patet Doctura & Advocata  
ambienti  
XXX. Et cedit dies legati sub con-  
dit. & ex die  
XXXI. Securusque plene redditus  
legatarius modalis.

## §. I.

**N**unc vero dum ad effectus exponendos procedimus, lati-  
simus utique sese pandit campus, materiæ nostræ uber-  
atem largius paulum detecturus, & vix absque cautione rite  
perlustrandus. Eam ita adhibebimus, ut, prout effectus spon-  
te se in duas partes scindunt, ne copia rerum præpediamur,  
aliam post aliam ventilationi nostræ subdamus.

## §. II.

Ac primo quidem se ingerunt illi, qui durans adhuc  
quinquennium sequuntur, operosi vel circa subjectum, inter  
quos tamen ali magis ipsissimam ejus personam circumstant,  
qualis est: ne legum auditor vel ad munia patriæ publica pri-  
vatave obeunda ante quinquennium finitum avocetur. Dd.  
ad l. iiii. C. qui et. vel prof. (ex quo colligit Brunnem. ad ean-  
dem n. 6. majorem esse favorem studiorum, quam munerum  
publicorum, & multo magis privatorum.) vel ab alio verbali  
realive afficiatur contumelia, judicem habiturus Episco-  
pum &c. arg. §. 9. Conf. c. quæ tamen privilegia eam non ha-  
buere latitudinem sub Justiniano, quam acceperunt postea  
v. Sect. 2. c. 4.

## §. III.

Alli ejus necessitates muniunt, quos, cum inter omnes  
maxime emineat, idem semper robur servantes, nunc semel  
aliquantum prolixius investigare opera pretium fuerit.

## §. IV.

Cum pater foro filium destinans (nec enim a principio  
filium mittere cogetur ad studium, quia nulla eum obligat ad  
id,

❧ ❧ ❧

id, lex expressa, & in patris voluntate est, eligere officium, cui filium addicat, Barbosa *l. 1. sol. matrim. p. 7. n. 23.*) ei sumptus ad studia absolvenda debeat, de jure naturæ, quod eum obligat per pietatem *l. 50. ff. fam. herc. Menoch. 4. præsum. 191. n. 12.* ad exhibendos liberos, etiam in futurum, *arg. c. 14. dist. 30. l. 12. ff. de leg. III. Menoch. ib.* cui lex civilis accommodat effectum *l. 4. 5. §. 1. 10. 12. ff. de agn. & al. lib. arg. l. 12. §. f. ff. de adm. tut. arg. l. 4. ff. ubi pup. educ. l. 6. §. 5. π. de Carbon. edit. adeo ut cogi ad illos invitius possit. d. l. 5. §. 11. π. de agn. & al. lib. arg. l. 3. π. de in rem versō l. 5. C. ad SCt. Maced. ubi Baldus & Brunnem. n. 4. arg l. 19. π. de ritu nupt. Barbosa *c. l. n. 23. 25. & 26. Limn. J. publ. p. 8. c. 7. n. 2. 3. seqq.* (quicquid contrarium receptum falso assertat Garsias de expensis. c. 3. n. 52.) imo est excommunicatus, *arg. all. c. 14. dist. 30. Rebuffus de privil. Schol. priv. 53.* ponderans verbum pietatis. Scilicet si filius nullum vel insufficiens habeat peculium, *c. l. 5. n. 7. π. de agn. & al. lib. & adhuc cum temperamento beneficij competentia, Brunnem. d. l. n. 4.**

### §. V.

Tenebitur omnino eosdem præstare ad quinquennium, *arg. l. 2. pr. π. ad mun. & l. 20. §. 6. π. fam. herc.* quandoquidem finis ei placuit, quem absque his viribus noverat non posse obtineri. Autor de Salis in *l. fin. §. simulier π. ad SCt. Vellej.* Etiam si filio expresse triennium præstituerit; cum ejus non sit, tempus pro publica necessitate & utilitate. *v. c. 1. §. 15. & in favorem filii definitum, coarctare, l. 45. π. de R. J.* aut (quod multi existimant,) filius male dilapidatis perv. g. biennium sumptibus evidentissime se ad frugem recipiat, *arg. l. 48. π. de R. J. Brunnem. in disp. de materia Collationum th. 12.*

### §. VI.

Adeoque obligabitur quoque ad debita, propter studia ad usque tempus legibus statutum, a filio contracta, *arg. l. 2. l. 5. C. ad SCt. Maced. ibique Baldus, Brunnem, c. l.*

### §. VII.

## §. VII.

Hoc autem, quod de patre afferuimus, ad eos omnes extenditur, qui studiosum alere tenentur, tum jure sanguinis, *I. 5. 11. ff. de agn. & al. lib. per arg. I. i. n. soluto matr. & I. 4. n. ubi pup. ed. Horat. Lutius de privil. Schol. priv. 16. Menoch. 4. præf. 191. num. 19.* tum successionis in obligationem paternam, quales sunt coheredes, *Luc. de Penn. ad I. i. C. qui et. vel prof. 6. tertio quaritur per I. 2. §. nihil n. de V. O. quicquid obstrepat Bartholus.*

## §. VIII.

Atque hic juris naturæ a jure civili adiunctus erga studia favor, plus sere se exerit tunc, quando ad herciscundam familiam descendentes liberi rem ab ascendent. vivis præceptam in communem conferunt hereditatis massam. Cum enim huic necessitatì ea duntaxat subsint, quæ nec debiti necessitatē *I. 11. ff. de collat. bon. nec liberalitatem parentum meram pro causa agnoscunt, Magnif. Dn. Struv. Ex. 37. th. 27. excipiunturque adeo donata tam simpliciter I. 18. C. fam. herc. I. 20. §. 1. in fine C. eod. Brunnem. in materia collat. th. 14. quam respectu militia cum sagata I. 1. I. 13. ff. de coll. bon. I. i. C. de castr. peculio. tum togatæ I. 1. §. 15. ff. de Collat. I. ult. C. eod. quilibet colligere potest: sumtus in studiis a parentibus factos, conferendos minime esse. I. 50. ff. fam. herc. I. 2. §. 6. eod. Bald. in Auth. ex testamento C. de collat. quicquid sit de imaginaria læsione reliquorum, Pruckmanno tantopere obstans, i. conf. 34. n. 50. quam publici boni æquitas assatim compensat, Hill. ad. Donell. libro 19. c. 4. lit. Xx.*

## §. IX.

Nam si vel maxime debitos neges, ut per *I. 11. ff. de coll. bon.* filiis studiosis salvi esse queant, proteget eos minimum donationis titulus *I. 11. C. de neg. ges. Brunnem. c. I. th. 12.* adeo, ut credendi animum, (quem tamen probabit ex manifestis indiciis,) parum esse profuturum actori, quando inter patrem & filium, ex hac causa, ne naturalis quidem obligatio exoritur, ausit esseverare *C. J. A. tir. de Coll.*

D



*Coll. bon.* §. 18. & per l. ult. *C. de impub.* & al. *subst.* §. 4. *J.* de inut. *disp.* l. II. *C. de neg. ges.* *Limn.* c. l. c. 7. n. 18. Idem dixeris etiam, si eosdem mater ex communibus bonis, post obitum patris, donec legitimus tempus filius expletus, subministraverit, vel fratres in communione existentes, licet ægre, suppeditaverint, l. I. §. 16. ff. *de Collat.* *Mev.* 8. *Dec.* 194. *arg.* l. 38. §. 1. d. *Donat. inter virum & uxorem.* l. 52. §. f. ff. *pro socio.* *Magn. Struv.* c. ex. tb. 30.

§. X.

Quibus legitime evectis de libris a patre (& qui patrem representant, §. 7. *Horat. Lut. d. tr. pr.* 27. *undecimo amplia*) filio, vel a filio sibi emis facilius feremus judicium, scilicet nec eos in *Collat.* venire, l. 18. *C. fam. herc.* l. 15. *C. d. Donat. inter vir. & ux.* l. 20. §. 1. *C. d. coll.* nihil obstante (propter favorem, qui privilegia studiorum etiam contra naturam suam extendit, *Horat. Lut. d. tr.*) si vel maxime locupletior factus videri possit, *Barbos. d. l. num.* 36. cum sicut armis militat miles, ita libris studiosus, *Gl.* in *l. nepos proculo ff. de V. S.* Petrus Gregor, *lib.* 44. *Synt. univ.* c. 6. *num.* 46. *Joh. Garsia de expens.* c. 4. n. 6. Merito igitur cum ex utriusque par procedat in humanum genus meritum, quod armis expresse collatum est privilegium, per l. 3. l. 4. *pr. l. II. ff. de castr. pec.* l. I. *C. eod.* & libris concedetur, *Brunnem. d. disp. th.* 10. *Perez. in C. de Collat.* n. 12. *op. pilos. enof.*

§. XI.

Sufficit autem quounque tempore emtos esse, ut propter favorem studiorum salvi sint, seu necessarios seu non necessarios, quod anxie distinguit Menoch. *arb. c. 13 l.* n. 3. *Trentacinq. lib. I. pr. resol. de legitim. resol.* 5. *num.* 19. *Zoesius ad ff. iij. de coll. bon.* n. 38. & alii: nec id requiras, ut traditi sint, l. 18. *C. fam. herc.* quod Baldus urget, ut postea *Donatio morte patris confirmari;* illud enim supervacuum, hoc divinatorium est, cum in c. l. 18. *C. fam. herc.* nec litera quidem reperiatur de traditione, & idcirco sententia Imperatoris esse videatur, quod sola illa voluntas patris,

tris, qua filiæ rem destinavit, & ejus nomine eam comparavit, hoc operetur, ut res illa in judicio fam. herciscundæ filiæ adjudicetur, ut præcipua Brunnem. & alii per eundem citati ad c. l. 18. ubi insuper deserendum sit Barbosam ad l. 2. §. quod si in paris ff. soluto marr. n. 9. (qui tantundem compensandum ex hereditate aliis heredibus velit; quod alias rem illam filia in effectu præcipiam, contra expressa legis verba, habitura non sit. v. & Carpz. 3. C. II. d. 17. Magn. Dn. Struy. d. l. Limin. c. l. num. 22. seqq.

### §. XII.

Idem de debitibus honeste ad quinquennium studiorum causa contractis, propter §. 6. dici debere puto, quamvis enim pater sumitus filio certos suppeditando, non videatur, primo intuitu, ultra eosdem velle obligari, attamen si penitus ejus mens perspiciat, quæ usque quaque fini & causæ favet, aliud sane apparet, ita, ut & post facta filium indemnum nolle non possit. l. 20. §. 6. ff. fam. herc. l. 7. §. 13. ff. de SCto Maced. Dn. Struy. c. l.

### §. XIII.

His de causis, nisi me omnia fallunt, haud temere quis conjecterit, sumitus in studia factos studioſo in Legitimam imputari non posse. Præterquam enim, quod reipubl. interest, juvenes metu decurtandæ Legitimæ, a studio juris, unde pax enascitur, & salus l. 14. C. de Adv. div. jud. non deterri: insuper Legitimæ imputari non possunt, dum in collationem non veniunt, l. 20. pr. C. de collat. nisi proſus patrimonium omne exhauserint Hartm. Pift. lib. 1. q. 19. n. 13. qui tunc eos, ut inofficiosos in communio- nem posse revocari statuit, limitandus nihilominus, quod non procedat ejus opinio, si filius, quamvis doctior. C. J. A. tit. de coll. bon. n. 19. non tamen locupletior ex iis factus sit: quomodo enim sic videbitur cepisse, quod nullo modo erat retenturus? l. 51. ff. de R. J. Hill. ad Donell. c. l.

### §. XIV.

Quæ quia firmo fiant talo, & juris evidentissimi sunt, cuius ignorantia cuique nocet, l. 9. pr. ff. de Jur. & facti

D 2 ign.

*ign. socius etiam omnium bonorum non ægre feret socium, sumptus in filium, juris studio deditum, ad usque quinquenium facere, nec factos detrahet l. 73. §. 1. inf. ff. pro socio arg. l. 81. v. nam si commune ff. eod. Dn. Struv. ex. 22. tb. 27. quippe ea hujus societatis natura est, ipsa innrente appellatione, ut quæcumque tam impendia quam lucra communia sint l. 52. §. f. ff. pro socio. At vero quæ libere inveniuntur, necessario tempore procedente perficiuntur arg. c. 21. de R. J. in VI. Hill. ad Donell. lib. 13. c. 16. lit. I.*

### §. XV.

*Qui circa res seu patrimonium studiosi conspicui sunt effectus, varie, cum modum acquirendi, tam inter vivos, quam mortis causa afficiunt, tum acquisitorum retentioni provident; quorum amplitudinem, cum brevitatis, quam sectamur, vorum non capiat, veniam impetraturos nos speramus, si eos saltem indicaverimus.*

### §. XVI.

*Illud autem præsciri oportet, nihil esse magis quotidianum, quam ut homines sese obstricturi, prout e re sua fore putant, vel die obligationis initium, finemve, aut utrumque, circumscribant, vel sub conditione suspendant, vel sub modo determinent, resolvendam, si ei ab altera parte satisfactum non sit. Quorum si quid accidat, ut vel dies, vel conditio, vel modus, in absolvendum juris studium rejiciatur, diem, conditionem, modumque definitum sciveris per ea, quæ dicta c. 1. §. 14.*

### §. XVII.

*Hinc igitur conductorem juris studiosum, qui, quoad studia sua absolverit, ædes tuas conduxit, ante quinquennium non eliminabis: aut bibliothecæ Tuæ usum ad studia perficienda stipulantem, ante quinquennium arcebis, aut debitorem cui, dum studium absolvis, inducias promisisti, ante quinquennium inquietabis; idem servandum in donatione, ut non sim obstrictus ad pendendas usque ad quinquennium usuras, quas, quoad studium juris finio, mihi creditor remisit, subinovendus exceptione pacti contenti*

venti vel dolii. v. l. 44. §. placet. ff. de O. & A. l. 56. §. 4. ff.  
de V. O.

### §. XVIII.

In primis autem in ultimis voluntatibus efficaciam suam exerit quinquennium legale.

### §. XIX.

Hinc legatum, quod indebet Scholari, triennio praestitum est, quamvis tempus non sit modus introducendae obligationis, tamen in favorem studiorum, in futurum quoque, donec absolvat, præstari oportere, secundum Alciatūm in l. s. certis annis C. de pactis verb. annis num. 8. per l. 1. C. de fideicommiss. asseverat Hor. Lucius de priv. Schol. priv. 62.

### §. XX.

Illud certum est, quod juris cultori, sumtus studiorum anni, relicti sine præstatione temporis, ad usque quinquennium denegari nequeant, cum eo usque duret effectus, quo usque causa Gl. in §. 5. Conf. ad Ant. verb. anni quinti. Lucas de Penna ad l. 1. C. qui et. vel prof. §. terio queritur. Cubach. in libr. Brocard. c. 5. broc. 28. Nec dispar ratio est in usufructu ad studia legato, cuius recipiendi ante quinquennium, proprietario spes nulla arg. l. 15. π. quib. mod. ususfr. am. ut taceam plura exempla quotidiana olim, nunc fieri facilia.

### §. XXI.

Hoc tamen, dum omnia contraho, præterire nequeo, quod in eo studiorum causa absentes sint respectu, ut omnia eis tribuantur privilegia, quæ reip. causa absentibus competunt Mauric. c. 340. 366, (ubi contra bonorum distractiōnem judicis decreto sub hasta restitut. concedit) Odd. p. 1. q. 7. d. 14. Rebuff. priv. 19. Horat. Lut. priv. schol. 11. 77. 96. sive procuratorem reliquerint, sive non, l. 26. §. ult. π. ex quib. c. maj. tum ut facilius inveniantur, qui studia suscipiant, Duar. ibid. f. 126. Sichard. ad l. 1. C. eod. n. 12. tum quia non est, quod illis imputetur Hill. ad Don. lib. 21. c. 5. lit. I. & L.

D 3

### §. XXII.



## §. XXII.

Quare, si intra hoc quinquennium studiosus, vel sententia, l. 30. π. ex quib. c. maj. vel venditione, l. 6. C. de rest. mil. usucapione, d. l. 30. ex quib. c. maj. vel præscriptione, l. 1. l. 5. C. eod. sit Iesus, omnia rescindantur restituzione in integrum, v. l. 30. & reliquas citatas. Cujac. 22. O. 18. Hill. d. l. lit. R. & haec tenus de effectibus durantis quinquennii.

## §. XXIII.

Nunc supereft, ut priusquam ad alia transeamus, illos etiam excutiamus effectus, qui demum post lapsum pleni quinquennii vim suam exercent, inter quos in limine statim conspicuus est hic, quod obtento fine, nulla amplius sit mediorum cura, arg. l. 6. π. de præscr. verbis l. ubi π. de donat. m. c. seu ut philosophi exprimunt: obtento fine cef- fent media. Bald. l. 3. C. de inst. & subst. l. 1. C. de susp. tut. Wesenb. conf. 5. num. 21. Cubach. c. 10. broc. 34.

## §. XXIV.

Unde concludas, quinquennio effluxo I. expirare pri- vilegia, quæ studiorum absolvendorum gratia concessa: neque enim durare longius, quam ipsa studia queunt, l. 20. π. de mil. test. arg. c. 7. c. 41. extr. de Elect. & electi pot. in- primis c. 60. de appell. cum privilegia temporalia omnia, qualia & hæc sunt, nec porrigi ulterius debeant, arg. l. 8. pr. π. de paet. nec ultra id extendenda sint, Dynus ad c. 16. de R. J. in VI. Wirth. disp. inaug. de privil. th. 89. non obstan- te, quod privilegia militum perpetua facta sint a Constanti- no, l. 1. C. de veteran. & decurio torqueri nequeat, quam- vis definat esse decurio, propter memoriam prioris dignita- tis, l. f. C. de decur. nam privilegia studiorum, alio nomine mox fulcienda, non ob dignitatem, sed necessitatem, ex quadam commiseratione conceduntur, uti profellus est Fridericus Imperat. Auth. Habita C. ne fil. pro patre.

## §. XXV.

Unde fluit II. priori statu reviviscente, cum non am- plius reip. sed animi duntaxat gratia absint, (α) usucapio- nem per quinquennium saltem effective suspensam, Dn. Struy.

Struv. *Jurisp. l. 2. t. 9. §. 27.* post quinquennium continuo iterum currere, impedimento ab ipsa lege remoto, (ē) procuratoreque opus habere diutius absentes ad defendendum, l. 16. *ff. ex quib. c. maj. Ant. Fab. ad l. 28. pr. eod. (y)* & ad munia patriæ urgeri posse, l. 1. C. qui at. vel prof. ubi Balduus Odofr. Butrig. Lucas de Penna & comm. Dd. ut habet Welsenb. *ad Schneidew. in proem. f. n. 10.* Bene enim Lipsius: hoc, inquit, modestiam aut sapientiam (addo libertatem) censes jacere? nihil agere vitaque genus certum horre? ignavia est, magnorum etiam s̄epe ingeniorum pestis; ut navis in malacia, ita illa h̄arent in languore: dum inertiae ipsius quedam dulcedo subit, & invisa primo desidia postremo amatitur, teste Tacito *in vita Agric. c. 3. n. 3.*

### §. XXVI.

III. Neque patrem (aut qui eum repräsentant, §. 7.) perfectionem scientiæ legitimæ in filio optantem, quam, spondente Imperatore, §. 5. *Conſt. ad Ant.* intra quinquennium acquirere potest, filio proptrera sumtus ultra quinquennium subministrare, nec debita agnoscere teneri; & quod inde sequitur, illos, si de facto suppeditati sint, favore studiorum non amplius juvari, ad præsumendam donationem (quamvis privilegio quasi castrensis peculii, quod ab soluto studii cursu demum proprie incipit, Magnificus Dominus Lynker. JCrus & patronus meus summe devenerandus *in not. ad Synt. Struv. ex. 37. ib. 30.* certo casu iisdem succurri queat,) adeoque in Collationem absque dubio venire, & in Legitimam imputari debere: hęc autem nec in Collationem venire, nec imputari debere: curenīm coheredes ferant, ad quod pater non erat obligatus? ac denique socium omnium bonorum socii in filium impensas probare & ferre non cogi, cum absque fraude vix factae videantur, in rem acquirendam, quę acquisita jam est, aut esse debet, bonaenīm fidei ratio semper habenda. Hill. *ad Don. l. 13. c. 16. lit. I.*

### §. XXVII.

Porro liquet, usumfructum alicui quoad studuerit legatum,



gatum, parili ex ratione, cum dominio proprietatis, post quinquennium uniri, l. 12. C. de usufr. adeoque, si forte illum cuiquam ad septennium locaverit absentiae sua causa studiosus, post quinquennium proprietarius rem ab usufru-  
etario locatam recipit, renuentemque conductorem expellere non prohibetur, arg. l. 59. §. 1. de usufr. l. 3. C. eod. arg.  
l. 8. §. 1. & de peric. & comm. rei vend. Mantica de tacita  
convent. lib. 5. tit. 10. num. 5. 26. Barbosa ad l. 9. C. locat.  
conduct. num. 10. Lauterb. ad tit. cundem lit. c. num. 3. (Si-  
quidem non potest quis plus Juris in alium transferre,  
quam ipse habuit, l. 54. de R. J.) Pensionemque ab eo, de-  
tenti ultra tempus statutum ususfructus, l. 26. n. de usufr. l.  
15. §. 2. eod. aut si jam locator perceperit, a locatore petere, l.  
5. C. de usufr. non obst. l. 58. de usufr. quæ loquitur dunta-  
xat de casu, ubi dies solvendæ pensionis stante adhuc usu-  
fructu, jam cessit.

### §. XXVIII.

Interim tenebitur locator conductori ex conducto  
saltē ad intereste, l. 9. §. 1. n. locat. cond. nisi scivisset hic  
ad tempus studiorum legatum esse usumfructum: tunc sua  
imputet culpæ, quod non prospexerit, id evenire posse, ut  
finito intra quinquennium ususfructu, a proprietario expel-  
latur, l. 9. §. idem n. eod.

### §. XXIX.

Observa dehinc: conditionem, diem, & modum, in  
studii legitimi absolusionem repositos, quinquennio finito,  
pro impletis habendos. Unde argue: cum, si quis vel ad  
docendum, Förster. bisf. jur. civ. Rom. lib. 3. c. 3. vel in  
numerum Advocatorum admittit velit, necessarium, & cau-  
sa sine qua non sit, ut studium legale absolverit, prout ex-  
presse habet l. 3. §. 4. l. 5. & 4. C. de Adv. div. judic. eum,  
cæteris paribus, v. c. 6. §. 4. & 13. non posse rejici, qui  
quinquennium in juris studio, apud probatos professores  
peregit, §. 6. Conf. ad Ant. Nefas enim esset, credere ma-  
lum

lum de discipulo, qui Doctorem publico testimonio approbatum audivit. Lucas de Penna ad l. un. C. de stud. lib. U. R. cum, ut aromata semper aliquem odorem tangenti: ita conversatio cum excellentibus viris, affricet eruditionem.

### S. XXX.

Secundo conclude: si Sempronius Advocatus fisci scriptum heredem rogaverit, ut, quicquid ex hereditate ad eum pervenerit, Cajo restituat, si is studium legale absolverit; Cajo post quinqrennum moriente, quandoquidem fideicommissum dies cessit. l. 4. ff. de cond. & dem. illud ad heredes transmissum, l. 5. pr. ff. quando d. l. eod. computabitque heres fructus interea perceptos in Trebellianicam, l. 22. §. 2. l. 18. pr. ff. ad Sct. Trebell. Finckelth. *dissent*, de fruct. ib. 159. 161. Parum dissent hic casus: Sempronius heredem rogat, ut hereditatem Cajo restituat, cum is iura absolverit, modo dies illa conditionem faciat, l. 21. sq. ff. quando dies leg. ced. & particula cum sumatur pro si, quod sit regulariter, l. 49. §. 2. ff. de Leg. l. l. 5. C. q. dies. leg. ced. l. 48. ff. de cond. & dem. Hill. ad Don. lib 8. ff. 32. Sin non facit, l. 69. pr. c. de Leg. III. l. 25. ff. ad Sct. Trebell. constituitque unice dilationem, in gratiam fiduciarii: adhuc imputabit fructus; non autem idem erit, si in gratiam fideicommissarii, l. 28. l. 49. C. de Episc. l. 3. §. 3. ff. de usur. & fruct. ibique Gothofr.

### S. XXXI.

Omnium vero minime dubitari potest in Legatario Donatariove sub modo absolvendi studium juris, quibus quinquennio probe insimto plenissima rei donatæ legatæve contingit securitas, v. c. seq. §. 7. quid pluribus? re per se clara: tempus est, ut & ad contraria dilabamur.

E

CAP.



## C A P . VI.

## DE DISSENTANEIS.

## S V M M A R I A.

- I. Dissentanea patent,
- II. In causis,
- III. Et effectibus, ratione subjecti initio arcendi,
- IV. Et formæ neglectæ, II) tempore abrupto, quod obstat  $\alpha$ ) acqui-rendo muneri,
- V.  $\zeta$ ) Legato conditionali,
- VI.  $\gamma$ ) Legato ad diem & ex die,
- VII.  $\delta$ ) sub modo.
- VIII. (de quo v. exc.)
- IX.  $\varepsilon$ ) Sponsaliis  $\zeta$ ) continuationi favoris studiorum,
- X. III) tractatione allotorum,
- XI. IV) philavtia,
- XII. neglectu publicorum docto-rum,
- XIII. & luxurie,
- XIV. V) languore studiosi pro-tracto,
- XV. qui sue culpæ imputet paren-tis austoritatem.

## §. I.

**P**ostquam quæ sit mens Imperatoris, quidque fieri jubeat per quinquennium: quodque nec coarctari terminum, nec proferri velit, hucusque explicavimus. nunc dum ea examinare animus est, quæ ejus voluntati adversentur, facilem fore operam confidimus, si per contrarias eunt causas, contrarios quoque effectus eliciamus.

## §. II.

Cumque placuerit Imperatori perfectam definire juris eruditionem, si ejusdem studiosi integrum legibus, reipubl. causa, duetu professorum, in locis destinatis, secundum præscriptam viam bene impendent quinquennium.

## §. III.

Inde concludo I. segregari initio illos 1. quibus satis est leges non ignorare. 2. quos natales in honesti levis notæ macula obscurant, arg. l. 3. §. 2. ff. de decur. l. 3. pr. ff. de tef. Ord. Cam. p. 1. tit. 18. Richard. p. 2. dec. 80. n. 19. Dn. Struv. ex. 8. tb. 20. (uti resert Iterus de grad. Acad. c. 7. §. 1a. in celebri Academia carnificis filium e reliquo studio

studiosorum cœtu s Facultate medica ejectum, quidni multo magis id fiat a juridica? certe ab hac Judæi religiose arcentur, per l. ult. Cade *Jud. & cælic.* non arcendi rigorose (si Sprengerum audias *Inst. Jur. publ. lib. 3. c. 15. p. 231.*) ab illa, imo nec a nobilitate, (quale exemplum novi.) 3. stupidos, ut in quibus profectuum spes inanis. 4. valetudinarios, arg. c. 5. *dist. 33.* 5. quos egestas durissima premit. v. c. 3. §. 13.

## §. IV.

II. Quisquis abrumpat, complevisse non videri, seu sponte id faciat, seu ex necessitate: unde arguo,  $\alpha)$  non admitti talem in numerum Advocatorum statutorum, per l. 3. §. 4. & l. 5. §. 4. *C. de Adv. div. jud.* nec ad docendum, v. c. *præced.* §. 29.

## §. V.

$\zeta)$  Legatum fideicommissumve sub conditione relictum non cedere seu deberi, l. 41. ff. *de condit. & dem.* l. 21. ff. quando d. leg. ced. l. 9. *pro facio v.* Bachov. 2. D. 13. th. 6. Lauterbach. tit. q. d. leg. ced. lit. B. nec adeo, si Legatarius vel fideicommissarius interea decebat, ad heredes transmitti, l. 5. pr.  $\pi$  q. d. leg. ced. etiam si per ipsum non steterit. l. 4. *C. de cond. insert.*

## §. VI.

$\gamma)$  Legatum ad diem, *donec studia absolverit*, non ultra quinquennium deberi, nec ei, qui ante substitut, (cujus certa indicia esse debent,) ulterius solvendum esse, cum culpa sua terminum maturaverit; ex die vero, sub differentia quam supra c. *præced.* §. 30. dedimus, si conditionem dies facit, non deberi: l. 49. §. 2. ff. *de Leg.* 1. si non facit, adjectusque est in gratiam fiduciarii: expectare saltum legatarium cogi, donec quinquennium præterlapsum sit, quod testator respexisse videtur, l. 213. ff. *de V. S.*

## §. VII.

$\delta)$  Legatum sub modo, v. g. *lego Tilio redditus ex fundo Tuscano, loco stipendii, ut iisdem studium juris absolvat*: si modus causa finalis relieti fuerit, (ut tunc effectu parum a conditione differat, nisi quod hæc suspendat, ille vero actum initio purum, sub conditione resolvat,) Cravetta *conf. 59. n. 4.* Ant. Faber. in *C. lib. 6. tit. 22. def. 2. n. 3.* possibilis, ut in subiecto, quod supra

❧

supra descripsimus, l. 44. l. 55. ff. de cond. & demonstr. Dec. cons. 89. Roland. a Valle consil. 56. n. 22. & respiciat (uti hoc casu regulariter respicit, quamvis contradicat Arum. 2. Dec. 2. num. 35.) decus testatoris & salutem reipubl. l. 10. ff. d. Leg. III. amitti l. 1. 2. C. de his quae sub modo Coll. Rostoch. in consil. Germ. tom. 1. cons. 4. n. 18. Decian. cons. 70. n. 3. vol. 1. cumque conditiones ruderiter implende, Dec. vol. 1. cons. 1. n. 1. & non intersi inter modum & conditionem, si agatur de privatione legati, Pacian. Consil. 106. n. 1. etiam modum non servans legato appositum, videtur usque a principio m. f. possessor, ideoque ad fructus perceptos tenetur, Petr. Ant. Angu. sol. lib. 6. cons. 25. num. 4. 12. & ita respondisse Dn. Scabinos Lips. in simili casu, testatur Arum. d. l. n. 22.

## §. VIII.

Secus erit, si rejectus sit solum in voluntatem honorati, l. 71. pr. ff. de cond. & dem. Dn. Struv. eod. th. 103. tunc enim sufficerit & propositum studendi, l. 65. §. 1. n. de Leg. I. l. 69. de cond. & dem. Bald. cons. 284. lit. Z. aut modus ille honorato sit impossibilis, §. imposs. 7. de hered. Inst. l. 1. de cond. Instit. l. 7. de V. O. Perez in C. ad tii. de cond. insert. n. 1. v. c. 3. §. 6. aut non sit causa, Cravetta d. l. uti & tenuisse Scabinatum Jenensem in easu pari, trad. Dn. Arum. c. l. n. 68.

## §. IX.

2) Sponsalia, sub conditione ejusmodi contracta sponsam invitam haud cogi consummare, l. 39. n. dereb. cred. Carpz. 2. Dec. 20. Lauterb. tit. de sponsal. lit. f. §. Denique quicquid studiorum favor praecipui tribuit, amitti, cum generale sit, quod privilegio alicui negotio concessio, aut muneri, non fruatur, nisi qui & quamdiu in eo se exercet, l. 5. §. 2. & pen. n. de jure immun. l. 6. §. 14. n. de exc. quod tamen ita accipias, ne brevem cessationem implices: certe enim, vegeta ingenia quo plus recessus sumunt, eo vehementiores impetus edunt; breviq; revertens uxor nec divertisse censeretur, l. 48. n. de R. J. §. X.

III. Haud trepidabo idem ferre Judicium de his, qui omissio legum objecto allotriis inharent, ex quibus aliqua quidem voluptas ad tractantem, nulla utilitas in publicam reddit. §. XI.



## §. XI.

IV. Non juvare prærogativas studii juris, aut ejus præmia manere Autodidætos, qualis Homericus ille citharœdus, *adiss.* 10. 147. qui se gloriabatur, quod non ex hominum institutione, sed divina favente gratia caneret, ex se ipso edocetus. Equidem quisque optima assequi, aut certe se qui se censer. At vero ut in corpore ægro & corru pro quicquid insertur, alimentum est morbi, atque abit in novam; sic in studioso, qui vitiioso semel depravatus opinionis malo. Quamobrem quid pollicetur ab his sibi respublica, qui sibi solis sapient? doloribus olim legum non doctoribus, perversoribus non professoribus futuris, l. 2. §. hoc autem quod ab C. de vet. jure encl.

## §. XII.

2. Qui obscuris Doctoribus adsident: ubi nota, cum alias scholaris. Judicans secundum preceptoris sui, autoritate pollentis, sententiam, contra communem opinionem, excusetur: illos item facere suum, Rebuff. priv. Schol. 72. Imo 3. qui non frequentant, l. 8. ff. de vacat. mun. l. 9. C. de SS. Eccl. Gilken. ibid. n. 16. Brunnem n. 5. Christin. vol. 2. Dec. 10. (licet notet, eos si Advocari vel procuratoris amanuenses agant, non amittere privilegium) quod ad hos, qui mente vagantur, extendit Cæpolla post Fulgosum l. 17. §. 14. num. 4. ff. de ed. ed.

## §. XIII.

Denique 4. qui luxurie quinquennium consumunt, de quibus statuit Barbos. ad l. 1. sol. matr. p. 7. num. 64. arma eorum, imo si quid aliud, quo pater sumtus non deputavit, emerint, ut peculium prosectorium, Bartholus l. 6. pr. v. ex substantia C. de bonis que lib. ad l. 20. C. de Coll. adeoque tanquam bona communia venire dividenda inter fratres, l. 13. C. fam. herc. sumtusque in quantum domi præbenda alimenta excedunt, in portionem hereditariam imputari debere, arg. l. 1. §. 23. ff. de coll. arg. l. 5. verb. necess. sumt. G. ad SCt. Maced. neque præsumendam aliter donationem, que ut verbo dicam, cessabit, ubicunque spe prosectorium, saltem medio-



crium, parentes vel respubl. exciderunt. Quod intuens, cre-  
dasne in numerum Advocatorum se asserturum, qui quin  
quennium exegit, cætera indignum? Non sane conditionis  
absque qua effectus non obtinetur, ea vis est, ut illa sola data,  
hunc etiam protinus consequaris, prout noctu valvas fene-  
stris si removeas, non ideo solem preceperis, multa quippe  
requiruntur sœpe, quæ tamen quando adfunt, non sufficiunt.

#### §. XIV.

V. Et postremum tene: Nullum habere ultra quin-  
quennium languentes in ipso quinquennio asylum. Sa-  
tis quippe industum juventuti, tempus jam ut quæ in  
utilitatem communem didicerint, agant. Sane Xeno-  
cratem canum cum adhuc in Academia offendisset versan-  
tem Eudamidas, rogans quandam: isthic ille quid age-  
ret, eo subjiciente: virtutem ipsum querere, regessit scite:  
ecquando hac utetur, si adhuc querat? Perez *in p̄ef. comm.  
ad Cod.* Sed nihil aut aliud agentibus tempus effugit; illo-  
rum tamen culpa, qui cum lege abusi sint, ejus se auxilio indi-  
gnos reddiderunt, Vasq. *illuſtr. conir.* 35. n. 14.

#### §. XV.

Atque hinc est, quod conqueri de asperitate parentum,  
facultates porro denegantium, vel sua legitimam præcerpen-  
tium infelicitate; postquam enim semel eos obligationi satis-  
fecisse sufficiat, *l. 18. ff. de V. O.* suæ culpæ imputent, quod rei  
suæ melius non caverint. Quinimo pater & creditorem, de-  
bitum a filio factum poscentem, repellere porest exceptione  
*SCti Maced.* quod pecunias, quas sua pietas recusare poterat,  
subministraverit, *l. 7. §. 13. ad SCti Maced. l. 5. C. eod.* Vasq. *d. I.*  
transgressusque imperator voluntatem, filium insuper  
quantum in se erat, refractarium reddiderit, *v. Donell. lib.  
12. c. 27. lit. H.* Sed cum de hoc articulo pluscula jam disse-  
ruerimus, nunc prolixitate supersedemus; missaque Justinia-  
nea hypothesi, hanc adorimur, quæ illam post longam studii  
juris noctem feliciore fidere exceptit.

#### SECTIO

S E C T I O N I I.

C A P V T L

D E

CAVSA EFFICIENTE ET  
FINALI.

S V M M A R I A.

- I. Studii juris post Justinianum negleti,
- II. Terminus arbitrarius fuit,
- III. Magno ad ipsum jus damno;
- IV. Donec, illo ex squalore restituto, dum honores adjiciuntur,
- V. Ne hi per indignos vilescerent.
- VI. De dignis deliberatum,
- VII. Et sexennium studio constitutum.
- VIII. Mox vero, migrante in Germanium jure Justinianeo,
- IX. Quinquennium communis receptione instauratum est,
- X. Quamvis non absque labore,
- XI. Donec concilio Basileensi, & ord. catn. illud severe requireretur.
- XII. Ob urgentissimas rationes.

§. I.

**I**ngruente enim post Justinianum, cum Gothis, Vandalis, Langobardis, Francis, Saxonibus, in Italiam barbarie, recedenteque paulatim & in Oriente linguae latine usu, accessu invidioso novarum legum, utrobique juris Justinianei auctoritas, hinc prorsus concidit, illinc arbitrio, quod prævaluit, jure valde imminuta est, totam enim extinctam quis dixerit? Dn. Strauch. *in Irner. non errante c. 2.* Magn. Dn. Struv. *ex I. ib. 70.*

§. II.

Adeoque (ut misso oriente occidenti tantum inhæramus) uti Juris studium, ita magis terminum ejusdem in nudo cultorum, quorum in tanta rerum omnium vicis-  
sicudi-



situdine paucissimos habuerit, placito consedisse, non vane augureris.

### §. III.

Quam autem ista publicæ rei catastrophe, juri prope exitiabilis fuerit, res ipsa demonstrat, dum sicut ferrum usu splendescit, situ rubiginat, ita illud defectu colentium, colentiumque ruditate eum contraxit squalorem, ut diu splendor & decus ejus obscuritate tabuerit.

### §. IV.

Plane, conclamatum de eo videbatur, nisi Mathildis iussu sub Lothario per Irnerium quasi postliminio in publicam docendi libertatem iterum assertum, & sicut suo paulatim, Friderici I. Imperatoris, studio honorem & præmia reddentis, immunitatibusque augmentis gratiola clementia ab interpretibus repurgatum, ut commune jus, iterum cultum fuisset. Sub illis enim Imperatoribus, cum antea magistri appellatio, magis frequens, omnibus artium, scientiarum linguarumque professoribus tribueretur, *I. 57. de V. S. Honori legum studii id datum est, ut interpretes earum, Doctoris titulo solemni ceremonia insignirentur. v. Heig. I. 2. q. II. n. 48. Limn. d. I. c. 8. n. 2.*

### §. V.

At vero cum ad salutem reipublicæ non parum adserat momenti sicut aliorum omnium ita & Academicorum honorum decens distributio; utique singularis in eo debet esse cura, ut non nisi bene meritis & dignis, honores isti conferantur, quod urget tam iustitiae distributivæ ratio, tum hæc causa, ne dum sine discriminè dignis indignisque impertiantur, vilescant, & spernantur, Itterus de grad. Acad. c. 7. num. I.

### §. VI.

Idcirco postea in privilegiis quadam cautione abusui provisum, quique indigni haberi debeant expresse monitum; prout de privilegiis Bononiensis Academie refert Bartholus ad *I. 5. C. de Adv. div. Jud. literis* scilicet Papalibus sanctum: quod nullus ad Doctoratum possit assu-

mi, nisi studuerit sex annis in legibus, & quinque in decre-  
tali in studio generali, & ita eos oportere jurare; quod di-  
stinctius habet Baldus, ejusdem discipulus, *ad legem eandem*,  
nempe, dicere privilegia ibi, quod ad Doctoratum juris ci-  
vilis nullus accedat, nisi studuerit sex annis, nec ad Docto-  
ratum Juris Canonici, nisi quinque studuerit annis.

### §. VII.

Cæterum non latuisse Cæsarem aut Papam Justiniani  
decretem nemo dubitaverit: annum autem tempori ab eo  
definito adjectum mirabitur quispiam, & cur quinquennium  
non sufficerit, prout in *Canonico*, ita nunc & in civili  
jure. At vero movit in primis, tanto tempore (per quin-  
gentos enim circiter annos studium Juris Justinianei lan-  
guerat,) in vecta in leges obscuritas, quarum eruendo ge-  
nuino sensu, quinquennium verus, initio instauracionis,  
satis non erat, adeoque bene, quod Justinianus, cum sui  
temporis defectus corrigeret, quadriennio angustiori fecit;  
hoc illi rursus legi a Justiniano latè, eadem urgente neces-  
itate, præstiterant.

### §. VIII.

Quæ dum ita Imperator & Pontifex pro stabiliendo  
partim jure civili, partim pro introducendo *Canonico* in  
Italia ordinat, utriusque sensim juris autoritas trans Alpes  
migrans, primum in Gallia ab Academia Parisina docendi  
libertate recipitur, sed mox, sub pena excommunicationis,  
ab Honorio Pontifice avocata, Conring. *de Antiquit. Acad.*  
post aliquam seculi moram, dum Germania Academiis ex-  
ornatur, exemplo Italicarum Academiarum in hac quoque  
publicæ vindicatur cathedræ, foro jam quadantenus cogni-  
ta, mox communis, v. Heiderum *in deduct. Lindav.* p. 829.

### §. IX.

Cum vero totum, prout in complexu est, salvis dun-  
taxat statutis, utrumque receptum sit, valeatque ex gene-  
rali ista receptione, Magn. Dnus Lynker *in notis Synt.*  
*Struv. ex 2. tb. 36.* certus esse potes, ipsam quoque de quin-

F

quennio



quennio nostro legem, quandoquidem nulla contraria statuta in re tunc novissima extare potuerunt, in quantum quivit ac debuit, esse receptam, & adeo etiam hoc in communi receptione firmum fundamentum potitum esse.

*ad hoc de causis zel p. §. X.*

Cætera in Antiquitate caligant, nisi quod conjectura re possit, irrepsisse illud ex Italia, a quo Professores Doctores que petebantur, Dn. Struv. exerc. 2. th. 35. nonnullos abusus, ubi illi jam creabantur Doctores, qui postmodum reprobari poterant, Barthol. ad l. 2. C. de prof. & med. quorumque privilegia, ut indignorum, Episcopus Capuanus lacerabat, ut habet Alex. Tartagn. de Imol. ad Barth. verba reprobari, incassum monente glossa quod assumens doctoratum indigne mortaliter peccet, ut tradit Alex. ad Bald. in l. 2. infine ad verbum doctoratus.

#### §. XI.

Donec ad illos tollendos expresse in Concilio Basiliensi, An. 1438. sess. 31. s. videlicet, de collat. repeteretur, ne ante studium legibus impensum per quinquennium ad minus in aliqua nominata Academia, quispiam Baccalaureus juris utriusque aut alterius, collationes in ecclesiis metropolitani cathedralibus & collegiatis obtineat: exceptis filiis natis ex utroque parente nobili, & antiquo genere, quibus sufficit triennium. Quod & regia Ludovici XII. constitutione caustum esse Anno 1512. art. 8 memorat Petrus Greg. lib. 49. Syntagm. univ. c. 6. n. 20. Ut jam vix dubium supersit, generali consensu omnium, qui jus Justinianum vel Pontificium agnoverunt, quinquennium abusibus inumbratum, pristino vigori restitutum esse praesertim, posteaquam ei certum accessit pondus per Ord. Cam. de Anno 1555. p. 1. tit. 3. von Geschicklichkeit des Cammer-Richters und der Beysitzer. verbis: sollen &c. ehe sie zu Beysizern genommen, in Universitäten, welche zum wenigsten von unsern Vorfahren Röm. Kaisern und Königen, die lebige Kaiserl. Majest. oder uns confirmaret, gelesen, oder zum wenigsten fünf Jahr lang in Rechten studirt &c. haben.

#### §. XII.

 **XII.**

Hoc autem fieri gravissimæ urserunt rationes; si enim tunc, cum mores, & jura, & verba civilia sâne erant notio-  
ra, faciliora perceptu, integrum omnino quinquennium re-  
quireretur, ut ostendimus supra, quid non requiratur  
nunc, ubi spinis omnibus horrere iterum videntur omnia,  
quæcunque ab antiquis de jure prodita, Cujac. 12. *Obser-  
vat. ult.* Ut fileam calamitatem, quam ab ipsis suis inter-  
pretibus jus civile passum, cum eorum barbaries ineptis  
glossis plus caliginis quam lucis inferret; usque dum re-  
naescientibus humanioribus literis, jurisprudentiæ suus ful-  
gor reddi cœperit. Franzk. *pref. ad ff.* Sane si nulla pror-  
fus suppetet causa, solus studii, quo hodie circumfunditur,  
ambitus angustiorem terminum non concesserit, Hill. ad  
Don. l. 18. c. 3. lit. pp. adde Wurm. *in nuncl. jur. contr.  
proœm. contr. 9. n. 11.* quod hic longius prosequi superva-  
cuum fuerit, uti non minus, multa de fine subdere, quem  
*Sect. I. c. 2.* fuse exposuimus.

## C A P. II.

# D E O B I E C T O.

## S V M M A R I A.

- I. Subjecti nunc quoque eadem re-  
quisita propter ambitum objecti  
complectentis.
- II. Jus civile, feudale.
- III. Canonicum.
- IV. Publicum & statuarium, utinam  
non insuper dñ, dissensu gravati.
- V. Quod certe sine congruo trami-  
te tarde absolvias.

## S. I.

**R**equisita subjecti, quæ supra dedimus, *Sect. I. c. 3.* in tan-  
tum irminuta non reperias, ut potius majore adhuc  
*F 2* *inten-*



intentione urgeantur ab ipsa objecti amplitudine & rerum diversitate.

§. II.

Nam si antiqua tempora respicias, unum erat per totum Romanum orbem Jus, illudque uniforme, licet quatuor distinctum systematis, in quorum tribus quid obtinetur, in postremo quid observari dehinc velit, Imperator complexus erat. At vero dum hoc in Italia a victoribus, non libenter legibus victorum paritatis suppressum, interea voluntarium quoddam enascitur jus, quod postea in scripturam redactum, jam Ao. 1168. Hugolinus corpori juris, paulo ante Ao. 1137. Pisis inter praedam reperto, post Novellas annexuit, & decimæ collationis titulo insignivit. Magnif. Struv. *Syn. feud. c. 1. tb. 7. n. 4.* Nec separarunt illud Doctores in Italicas Academiis, sed potius, quam juri communii debebant, Romani puta, sponte etiam consuetudinibus illis adhibuerunt industriam, studiososque juris illas docuerunt.

§. III.

Quamobrem cum jam irreplisset eadem, jussu Eugenii II. Pontificis, Gratiani decretum, quadammodo approbatum, (varia enim ejusdem, pro fide compilatoris autoritas est) mox majore accessu Decretalium Gregorii IX. (quibus irrefragabilis autoritas auctum) inque Academias Germanicas facultas illustrandi juris introduceretur: triplex istud jus, per professores ab Italia petitos in scholas, hinc in foro quoque Germanica translatum, haud sane unius labor diei.

§. IV.

Quid vero si addideris jus statutum reipubl. Germanicæ concernens, constitutionibus & legibus imperii clausum, quod seculo decimo quarto demum, occasione tumultuum Pontificum adversus Imperatores excoli coepit Dn. Schweder *jur. publ. p. 1. c. 1. §. 8.* quid si cogitaveris consuetudines totales & singulares, Dn. Struv. *ex 2. tb. 40.* imo denique commentarios interpretum infinitos, illumque Jctorum incredibilem dissensum? (de quo merito quis optaret,

optaret, ut summi principes Lucium Gallum imitati, qui cum Pro Cos. ex praetura in Graeciam venisset, Athenis Philosophos, ut aliquem controversiarum modum facerent, hortatus est, operam suam pronis pollicitus, teste Cic. *de LL. lib. 1.*) quod ex parte Seren. Elector Saxon. Augustus ad eternam suam gloriam jam præstítit, auctoritate sua, accuratam post inquisitionem, rejectis sequioribus, meliores unice sententias confirmarent.

### §. V.

His igitur partibus hodie juris eruditio circumscribiatur, quas si ea accesseris methodo, qua olim jus unicum Justinianum; tot lustra hodie desideres, quot imperator signavit annos: citiusque canescas, quam ad metam cucurris, nisi dexteritate ingenii congruum asseditus tramitem circumspete festines.

## C A P V T III. D E F O R M A.

### S U M M A R I A.

- |                                    |                                   |
|------------------------------------|-----------------------------------|
| I. Universalem methodum, qui ten-  | IV. Cujus initium immatriculatio. |
| tarunt hodie, frustra.             | V. Non depositio.                 |
| II. Certe absque suffragio summe   | VI. Et loco privilegiato.         |
| potestatis fuerunt, acquiescentis. | VII. Ob causas.                   |
| III. In tempore.                   | VIII. Urgendo.                    |

### §. I.

**S**ed uti in hoc totius rei cardo vertitur, ita inde mea me quoque verecundia retrahit, ubi tot maximorum viorum votum & labor extremum inania fuerunt. v. tamen Vultej. de studio juris, & Magn. Dni. Præsidis de eodem Dia-triben.

F 3

### §. II



## §. II.

Inde nisi fallor nulla hucusque Studii Juris, prout hodie est, tractandi methodus summæ arrisit potestati, quod diversitas ingeniorum maxima unum non feliciter servet ordinem, nec se in tanto ambitu communibus terminis includi patiatur, postquam tot exemplis illustre eandem viam huic naufragam evasisse, que alii cesserat in salutem. Quapropter suo quidem quisque periculo permisus, nec anxie requisitum aut inquisitum, qua arte pertigerit ad Portum, modo reipubl. in emolumentum per fluctus immensi juris honeste enataverit.

## §. III.

Ne tamen per omnia arbitrio suo relinquenterunt, qui studio dare operam cupiant, ex quo facile in priscum chaos cuncta relabi possent, de loco & tempore conventum est, tam ut quis intra illud finire studium posse crederetur, quam ut ne finivisse ante illius lapsum videretur.

## §. IV.

Initium cursus quinquennalis ab immatriculatione Bartholomus *ad l. un. C. de colleg.* Baldus *l. extempore C. de teſt. mil.* petunt, cum per eam demum in ordinem studiosorum cooptetur scholaris, Gail. *t. obſ. 21. num. 9.* & adeo tunc incipiat gaudere privilegiis ordini suo concessis, Brunnem. *ad Avib. Habita C. ne fil. pro patre.* Quibus non refragabor, hoc tamen monens, non ubique id procedere, praefertim ubi inscriptione non urgetur, uti de Perusina testatur Horat. *de priv. schol. cap. de his qui gaudent. num. 20.* ubi matriculis eam non uti refert, & proinde tunc testibus, aut juramento opus erit, *v. c. 4. §. 7.*

## §. V.

Imo a depositione, uti vocant, de qua vid. Limn. *7. publ. p. 8. c. 6. n. 10. seqq.* numerandum lustrum pytaveris, quod haec inscriptionem præcedat; sed nec ubique illa at-  
ten-

tenditur, & ubi adhuc in usu, magis conditionem, sine qua im-  
matriculatio non impetratur, conficit, quam ut studium ge-  
nerale, uti Pontifex loquitur, abhinc cursum ordiatur, quod  
sepe in longos adhuc annos differtur.

### §. VI.

Ex quo colligas (quod præceptum poterat) non esse nec  
numerari quinquennium, nisi in Academiis versanti, prout  
certa conjectura est, tum per ea, quæ supra dicta c. 4. quam  
*Avib. Habita.* ubi Imperator disponit: in locis, ubi literarum  
studia excentur.

### §. VII.

Eum enim in finem tot Academiis Germania abundat,  
quot non namerat reliqua Europa, teste *Conringio de Antiq.  
Acad. & Domino Schwedero c. l. p. 2. Sect. 1. c. 6. n. 2.* ut faci-  
lius ad locum studiis aptum perveniat, nec ullum repe-  
riant inutiles Autodidacti patrocinium, qui plerumque, sicut  
equæ in Iberia a favonio vento impregnatae, evanidum  
edunt foetum. Nam per humanam impotentiam fere non  
speres, ut quis felix sibi per omnia sit daduchus: itaque illi  
publica auctoritate in quavis Academia constituti sunt viri,  
quorum consilio & ope per asperitates Juris prorumpas, quos  
ea tamen assiduitate & attentione, ut supra *Sect. 1. c. 3. & 4.*  
monitum, audire, & consequi constanter oportet, ut ille ad  
rempubl. redeat fructus, quo ipsa saluberrima consilia directa  
sunt.

### §. VIII.

Et hoc est, quod & Imperator in ord. com. c. l. ab Assesso-  
ribus requirit, & Saxones, non contenti, quod quis amanuen-  
sem Advocati aut procuratoris egerit, urgent in ord. *Torgau.*  
*de an. 1583 tit. von Advocaten und Procuratoren, & ord. polit. de*  
*An. 1612. tit. 3.* besonders auch; resertque decisum *Dn. Carpz.*  
*1. C. 1 d. 18.* da er nun auch seine testimonia, dass er auf Universi-  
täten gewesen, und Jura studirt, von seinen Preceptoribus, die er  
gehört, zu den Acten bringen würde, so wäre Beklagter zu antwor-  
ten schuldig.

C A P.



## C A P. IV.

## D E E F F E C T I B V S.

## S V M M A R I A.

- |  |  |
|--|--|
| I. Eff. etus eminent I. in immuni-<br>tibus. | V. II. Honoribus Doctoreis non an-<br>te quinquenn. impetrandis. |
| II. Contentis in Auth. Hab.                  | VI. Licet nonnulli citius ad erudi-<br>tionem pervenerint.       |
| III. Expressis.                              | VII. Prout observat Acad. Tubing.                                |
| IV. Per argumentum.                          |  |

## §. I.

**Q**uosnam durans finitumque quinquennium gignat esse-  
tus suse supra dissertatum est, ut jam opera ista super-  
sedere, lecturumque tantum *ad Sect. I. c. 5.* remittere pos-  
semus, nisi quidam occurrerent, illi hypothesi nondum  
cogniti, quos nunc ordine ferente, tanquam spicilegia an-  
necti *capitis 5. §. 2.* instituti nostri ratio requirit.

## §. II.

Monuimus autem *c. 1.* *bujus Sect.* Imperatorem Fri-  
dericum I. privilegiis & honoribus studia literarum, inpri-  
mis vero legum ornasse atque extimulasse, que tunc qui-  
dem expresse in *Auth. Habita*, quam *Codici ad tit. ne fil.*  
*pro patre &c. conveniatur*, inferi jussit, contenta, mox argu-  
mento ejusdem a Doctribus in maiorem latitudinem de-  
ducta sunt, *v. omnino Limn. c. I. c. 9. per totum.*

## §. III.

Primum ejus membrum peregrinantes studiosos, & eo-  
rum nuntios a vestigalibus & oneribus aliis eximit, alterum  
ab injuriis, quas eorum persona atroces reddit, munit, ter-  
tium a repressaliis solvit, (etiam parentes filios invilentes,  
quasi hi efficiantur unum corpus cum eo, qui studiis in-  
cumbit, *arg. l. 2. & 3. ff. de usu & habit. Sichard. ib. n. 1.*  
& pecuniam deferentes, *Rebuff pr. schol. 72. Hill. lib. 17.*  
*c. 13. lit. F.*) quartum fori electionem, quintum forum stu-  
dii adjicit, quod hodie fori electionem, postquam studiosus  
proper juramentum Rectori præstitum, ejus jurisdictionem  
declinare non valet, pñne absorpsit, *Carpz. I. C. 27. d. 10.*

## §. IV.

## §. IV.

In quas verò consequentias eadem Doctores, favore studiorum, traxerint, nimis prolixum foret hic ediscerere, duas ex tanto acervo addidisse sufficiat, I. studio non posse a mercatore pecunias a patre missas deferente compensationem objici, Rebuff. *priv. 168. arg. l. 3. C. de compens.* Bald. *in l. fin. §. f. C. de bonis que liberis*, ne aut defertor studii efficiatur, contra §. 2. *de J. & jure*, aut egestate in studio labore, Horat. *Lut. priv. 20. Hill. ad Donell. lib. 16. c. 15. lit. q.* Ex quo manat II. studiosum non posse conveniri in solidum, idque per usualem extensionem, *l. 6. pr. ff. de rejud. & arg. Avth. Habita. Horat. Lut. pr. 5. non obstante Donello lib. 27. c. 9. N.* & Enenk *priv. mil. 33. qui de doctrinali interpretatione loquuntur, conf. Lauterb. disp. inaug. de benef. compet. ib. 21.* Atque hæc studioso LL. nemo jure denegaverit, donec studia absolverit, v. *Secl. I. cap. 5. §. 24.*

## §. V.

Quod autem ad honores attinet Doctoreos, cum illorum imperatio quinquennio coercita sit, quis virtus verterit Vul- tejo prolegom. *de stud. juris Ipd. Rom. præmissis*, neminem ad gradum Docturae vel Licentiae admittendum statuerit, ante quinquennium expletum; cui subscribit Hill. *ad Donell. lib. 18. c. 3. lit. pp.*

## §. VI.

Neque impedit, quod quidam, ingenio prodigioso, ante illud ad eruditionem pervenerint, illud enim paucissimis contigerit, forte quod sunt Thebarum portæ, quot divitis ostia Nili, quorum paucitas ideo legem evertat? *l. 4. s. 6. ff. de LL. imo si eruditionem urseris, dixero tamen, principis mentem prævalere, quæ quinquennio non modo studiosorum animos ad eruditionem exacuere, sed & ambitioni limites ponere voluit; hocque adeo cavit, ut nemo, saltem ante illius lapsum, summos honores, utut meriti viderentur, (indignos enim alias jam examinis rigor arcebat,) vel petere auderet, vel conferre.*

G

## §. VII.



## §. VII.

Hinc est, quod strictissime illud observet Academia Tübingensis, teste Wurm. *nuc. jur. controv. in procem. contr. 9. n. 12.* quæ ante juris Candidatis Doctoreos honores non impertit, quam jurisjurandi religione affirmaverit, se in studio juris pertractando integrum quinquennium complevisse, collatura eosdem absque mora, si ceteris paribus, quinquennium studio datum fuerit, vide *c. 5. f. §. 29.*

## C A P. V.

## DE CONTRARIIS.

## S V M M A R I A:

- |                                    |   |
|------------------------------------|---|
| I. Contraria fusius explicata bre- | IV. Cum aliquo questu, quod nullum discrimen teneatur in subje- |
| viter.                             | cto studii,   |
| II. Tam quoad privilegia,          | V. Et honorum.  |
| III. Quam honores tanguntur.       |   |

## §. I.

**H**is ita stabilitis, quid quinquennio studii juris, etiam secundum hanc hypothesin adveretur, liquidum esse poterit, nec urget necessitas multis ante dicta repetere, crambemque bis coctam ad fastidium apponere.

## §. II.

Certum enim: non merere I) privilegia, hos, qui 1) extra Academias vivunt, v. c. 3. §. 6. nec 2) qui in Academias eorumdem causam destituunt, vel α) absentia, vel β) ignavia, aut γ) improba alias vita; ubi nota asotum rixas moventem, si probe delumbatus fuerit, nullum in Avth. Habita patrocinium inventurum, que bona facientibus favet, malorum non miseretur, propter §. 2. J. de bis qui sui c. 24. extr. de priv. Wirth. *de priv. th. 149. 150.* deletumque propter delictum ex matricula, illa amittere (recepturus tamen si in alia Academia inscribatur,) Dn. Schweder *Jur. publ. p. 8. sed. 1. c. 6. §. 10.*

## §. III.



52

## §. III.

Adeoque nec II) Doctoralem dignitatem, de rigore juris; si vel maxime acquisiverint eruditionem extra Academias, utpote in quibus quæri eruditio præcise debet, v. *sect. 1.* c. 4 §. aut in Academii, quinquennio quidem, sed improbe, exacto, dignos non indepi sint in perfectione Legali profectus; qui ex solo temporis in Academia peracti spatio hodie certo æstimari non possunt. Fibig. *El. jur. publ. semid. V. q. 1. num. 79.*

## §. X.

Atque hæc si strictius observarentur, ut salus reip. omniumque bonorum votum desiderat; næ tantæ non quotidie ingeminarentur in laudacissimum ordinem contumeliae, & minus etiam orbis, de quo quereretur, haberet. At vero dum tanta dissentium multitudo, ingenio partim destituta, illi se adscribi ordinis gestit, parentesque magnis votis viaticisque filios qualescumque eo destinant, necesse est, (judiciorum eruditum Jesuitæ Adami Conzenii, quod citat Iterus de grad. Acad. c. 7. §. 20.) multos in ipsis carceribus, alias in medio, alias in fine, prope metam ipsam, virium defectu concidere.

## §. V.

Huc accedit honorum nimia profusio, quorum vulgatum decus, postquam unusquisque fere, qui qualecumque studiorum fiduciam habet, vitio seculi per præcipitia blandularum velitationum, que rigorosa esse deberent, admisus, Franzk. *iit. de orig. juris num. 59.* auffert, ingentem etiam studium LL. patitur contemptum, priscaque paulatim desidia reddit, vide querentem Dn. *Arumæum disc. 1. ad aur. B. q. 5.* Sed hæc pluribus persequi, nec modestia, nec iudicii adhuc ætate vacillantis immaturitas patitur, ne videar doctos interstrepere anser olores, quamobrem eo redeo, unde diverti.

G 2

CAP.



## CAP. VI. ET VLT.

D E V S V.

## S V M M A R I A.

- I. Quando hodiernam faciem inspicimus, a quinquennio, dum negligens impunis, rarus observator, &  
 II. Venalis honor,  
 III. Sed male,  
 IV. (licet videatur facilius juris studium,  
 V. nihilque tempus & locus conferre,)  
 VI. Recessum.
- VII. Nihilominus tamen, cum loco quinquennii nullus certus sit terminus,  
 VIII. Nec arbitrio judicis is relinqui debeat, consultius reor,  
 IX. Ut quinquennium retineatur,  
 X. Nihil morans Rec. Imp. de Ann. 1654.  
 XI. Qui de accessorio agit.  
 XII. Tantum satis.

## §. I.

**S**cilicet vidimus hactenus quinquennium a Justiniano constitutum, consuetudine Germaniae in Academias & foro receptum, a Concilio Basileensi abusibus purgatum, & ab Imperatore per ord. cam. approbatum & confirmatum: supereft, ut quæ ejus hodie facies sit, postremum dispiciamus. Sicut nimur evenit, ut optima consulta exequentium libertas, optimas leges confuetudo adversa evertat, illudque promtius, si negligentium exigua habeatur ratio: ita & quinquennio nostro accidit, ut, cum tanta teneretur a Germanis, quanta ab Italib[us] tradebatur, severitate, diversitate cultorum, scopo viribusque differentium, defectu excessuque transilitum, a plurimis negligetur, a paucissimis debita observantia suspiceretur. Hi fere erant ii, quos honesta ambitione honorum sublimiorumque officiorum tenebat, multis numeris superati abiis, quos egestas reprimebat, aut stupor.

## §. II.

Sed mox etiam isti carceres rupti, postquam stupor divitius ornatus, eo quo alii virtute penetrant, non erubuit opibus

bus grassari. Credidisse fucos hos ignavosa Lauro submoto-  
turos Astrææ Mytas: nisi fulgor auri illos etiam expectoras-  
set, ut reciperen absque personæ intuitu, (quod erat Judi-  
cum scil.) dignos indignosque, securi, quod donariorum in-  
vidiam sub hoc prætextu: spem scilicet esse ut candidatus  
præmium adhuc mereatur, (licet contra l. ult. C. de stat. & im.)  
subducerent. Aque ita venalis honor, & indistincta omnium  
ad Themidis sacra admisso, mox quinquennium pæne ab-  
sorpsit, paucissimis ad eam perfectionem enitentibus, quam  
camera & superiores ecclesiæ requirunt, plerisque securis,  
quod alia fora; & parochiales ecclesiæ (quibus secundum  
Concilium Basileense c. l. triennium satis est) asylum sint præ-  
bitura. Indeque est, quod Dr. Brunnen, obseruantiam ab  
eo male recessisse dicat ad l. II. C. de Adv. div. jud.

## §. III.

Nec hoc immerito, si modo rigorem juris, & præcium  
imperantium votum, eosque simul contemplerur, qui juris-  
jurandi religione ad curam observandi quinquennii adstricti  
erant; prorsus, ut si consuetudinis longævæ ususque contrarii  
non valem auctoritatem putes, tamen præter commune  
commodum & rationem introducta, usque adeo sui non va-  
litura sit momento, ut aut rationem vincat, aut legem, l. 2.  
*C. que sit longa consu.*

## §. IV.

Concedamus vero, postquam tot leges a foro recesser-  
runt, imo pænetituli, ac fere dixerim libri, quorum usus vix  
aliquis est in jure, iis præsertim, qui foro non scholis ser-  
viunt, tot etiam juris compendia hodie, ut fere videatur juris  
scientia facilior, non esse cur tantopere quinquennii habeatur  
ratio, Brunnen. ad l. 3. §. 4. C. de Adv. div. jud.

## §. V.

Quando etiam palam est, quod nec locus, nec tempus  
nudum, sub potestate ingenia habeat, adeoque causa eruditio-  
nis esse non possit, quam labor & ingenium præstat, arg. l. 12.  
§. 1. verb. *Jurisperitos C. de Adv. div. jud. Perez. ibid. num. 8.*  
& proinde nihil interfuerit, sive quis quadriennium vel trien-



nium in studio juris collocaverit, modo solidam habeat do-  
ctrinam, dignus tunc honoribus amplissimis, Magn. Dn. Præ-  
fes in Dicar. de stud. jur. tract. sec. post. Cui subscrabit Dn.  
Schweder c. l. n. 14. nullum annorum terminum acquirendæ  
dignitati Academicæ ponens, neque quamdiu quis, sed  
quam laudabiliter in studiorum castris militaverit, conside-  
randum dicens; quo ipso nefcio, an non & indicet rigorosam  
quinquennii in Candidatis observantiam, quam in illu-  
stri Eberhardina viguisse, supra meminimus, c. 4. §. 8.  
desueuisse.

### §. VI.

Unde etiam in generali cameræ decreto 30. Sept. 1672.  
de Advocatorum cameræ qualitatibus publicato, simplici-  
ter requiritum duntaxat, daß sie einige Jahre auf approbierten  
Universitäten dem studio theoreti colegeantur, Dn. Dekherr.  
not. ad ord. cam. p. 1. tit. 3. pag. 163. & secundum ordinatio-  
nem supremæ curie Württenb. p. 1. tit. 4. in pr. sufficit Advo-  
catum tres vel quatuor annos juris studio invigilasse; inque  
Saxonie, nullibi, certus annorum juris studio insumendorum  
numerus, stricte inventitur vel expressus vel observatus.

### §. VII.

Magis tamen hæc petendos honores quam cæteros  
quinquennii effectus tangunt, cum hodie non amplius liceat  
firmiter arguere ab illorum adeptione ad absolutum decen-  
ter juris studium: nec in speciem progredi tuto possis, ut  
concludas, quia quidam Doctores honores & Advocatias,  
intra triennium indipiscuntur, propterea absolvitur triennio  
juris studium. Nam ut raseam, quod toties dictum, frequen-  
tius eos transire in absolutorios & merituros: neque amplius  
tam testimonium probatae scientiae & peritiae esse, prout eos  
habet Anton. Mar. Corasius lib. 1. tit. 6. inspect. 11. n. 129. de  
comm. Dd. opinione, qnam incentivum ad merendum: nulli-  
bi, hodie triennio aut quadriennio studia absolvit, reperias  
constanter vel discrete assūmatum cautum.

### §. VIII.

## §. VIII.

Dixeris id arbitrio judicis relinquendum, ego contra arbitrio judicis non esse relinquendum reor, quod legibus potest definiri, cum longe rectius, multoque utilius sit, si lites non hominum voluntate, sed legum auctoritate dirimantur. Boxhorn. *Inst. polit. lib. I. c. 6. §. 8.* Ac proinde ne judex hisce faltem in terminis fluctuer, aut pars alterutra, quod facile fieri potest, alterius favore prægravetur, fententiam meam quoad usum hodiernum quinquennii Justinianei definitio.

## §. IX.

Scilicet postquam indubitatum est, universum jus Justinianum, totum in complexu receptum esse, salvis statutis; ut deficientibus his ad illud recurrentum sit; Magn. Dominus Lyncker in *not. ad Synt. Struv. ex. 2. tb. 36.* In illo autem expresse ad acquirendam eruditionem legitimam, seu absolutiohem studiorum legalium quinquennium fixum esse, nec verbo amplius indiget: ea de causa arbitror judicem non rectius conscientia sua, l. 12. §. 1. ff. qui & a. q. man. l. 13. C. de seni. & interl. pr. J. de off. Jud. ibique Locam. & existimationi, l. 1. §. 3. ff. de L. Corn. de fals. consultorum, quam si illud tenaciter servet; nisi pars altera, statuto scripto vel non scripto aliud, & quidem præcise in questione substrata, cautum esse, probaveit. Everh. *in loc. arg. leg. loc. 9. n. 12.*

## §. X.

Quod foro quoad specialia, (neque enim prolixioribus nobis salva modestia esse licet,) permittimus, illud unice adhuc monentes, quod hi, qui quinquennium abrogatum volunt, lubricum inveniant fundatum in Recessu imperii de Anno 1654. §. 28. sintemahlen auch; ubi cavetur, quod in Aßessore acceptando nicht so stark auf das studium quinquennale juridicum auf teutschen Universitäten, sondern auf die Qualitäten, Geschicklichkeit und experienz gesehen werden soll.

## §. XI.

Namque ibi solum accessoria consuetudo, ex longa observantia in camera servata, de exigendo studio quinquennali in universitatibus GERMANIÆ, limitatur: & liquet adeo,  
ab



ab his, qui in doctore futuro Assessore studium quinquen-  
nale abrogatum vel in hoc punto ita limitatum ex R. J. all.  
contendunt, fallaciam a dicto secundum quid, ad dictum sim-  
pliciter committi. v. Dn. Dekherr. c. l. p. 168. ubi & argumen-  
ta contraria diluit.

### §. XII.

Et tantum supremis labellis libasse sat erit, ex quibus si  
etiam tibi, Lector benevole, quædam ad gustum fuerint, Deo  
auctori ea mecum cum laude tribue; si nihil, voluntatem ta-  
men meam æqui bonique consule, quæ dum ad pietatis & ob-  
sequii gloriam avidius ruit, virium tenuitatem non bene cir-  
cumspexit. Sit interim adhuc loco corollarii.

### I.

*Majestatem imperii esse penes Imperatorem; majestatem im-  
perii esse penes Imperatorem & status; nec tamen formam  
Reip. Rom. Germ. mixtam esse.*

### II.

*Juramentum metu extortum servari debere, si in solius ju-  
ramis prejudicium, citra dispendium saluis æternæ, ten-  
dat; at dolo elicium ipso jure nullum esse, nec absolu-  
tione, præterquam ut omnibus propaleatur, initio defecisse obl-  
igationem, indigere.*

**S**egni datur corona militi nunquam,  
Nec qui metu fugam periculi tentat  
Ex hoste speratas habet suo prædas.  
Te non abegit, Fautor, anxius coepsis  
Labor, sed ingenti progressus es felix  
Ardore. De hac solertia, precans quævis  
Secunda, tota gratulor Tibi mente

PRÆSES.







64475

AB 64 475

ULB Halle  
002 813 890

3



TAKOC

R  
V D 17



